

Ex Libris Quos

INSTITUTIONI SMITHSONIANAE

Anno MCMV Donavit

John Donnell Smith

Accesio N.

580.543
L75

LINNAEA.

Ein

Journal für die Botanik

in ihrem ganzen Umfange.

Fünfunddreissigster Band.

35

Oder:

Beiträge

zur

Pflanzenkunde.

Neue Folge.

Erster Band.

Herausgegeben

von

Dr. **August Garcke,**

Custos des Königlichen Herbariums zu Berlin.

Mit dreiundzwanzig Tafeln Abbildungen.

Berlin 1867 u. 1868.

gedruckt auf Kosten des Herausgebers.

In Commission bei Wiegandt u. Hempel in Berlin.

Inhalt.

Seite

Beiträge zur Naturgeschichte des Genus *Saxifraga*, von Dr. A. Engler. (Mit zwei Karten.) 1

Pars I. De generis Saxifragae historia 1

Pars II. Systematica 13

Pars III. Pflanzengeographische Betrachtung des Genus *Saxifraga* 61

Die Cuscuten der ungarischen Flora. Vortrag, gehalten in der IX. Versammlung ungarischer Naturforscher zu Pest 1863 von Josef v. Dorner. (Aus dem Ungarischen übers. von Ascherson, berichtigt und ergänzt vom Verfasser.) . . 125

Vorarbeiten zu einer Uebersicht der phanerogamen Meergewächse. Von Dr. P. Ascherson 152

Musa Ensete. Ein Beitrag zur Kenntniss der Bananen, von Dr. Louis Wittmack. (Mit Taf. III.) 209

Beitrag zur Kenntniss der Irideen, von Dr. F. W. Klatt . . 291

Aufzählung und Beschreibung der Acacien-Arten des Nilgebiets. Von Dr. G. Schweinfurth. (Hierzu Taf. IV—XXIII.) 309

Diagnoses Iridearum novarum. Auctore Dr. F. W. Klatt . . 377

Reliquiae Mettenianae s. filices quaedam novae ex variis orbis terrarum partibus collectae post mortem auctoris a M. Kuhn editae 385

Seite

Ueber die Gattung *Euparea* Banks (Gärtner). Von Dr. F. W. Klatt 395

Die Cyperaceen des Königlichen Herbariums zu Berlin. Von Otto Böckeler.

I. Theil. Die Cypereen, Scirpeen und Hypolytreen . . 397

Beitrag zur australischen Moosflor. Von Dr. Karl Müller Hal. 613

Verbesserungen und Druckfehler 627

Register der in dem Bande vorkommenden Pflanzennamen . . . 629

13007-3
580.743

Beiträge
zur
Naturgeschichte des Genus Saxifraga L.,

von

Dr. *A. Engler.*

Pars I.
De generis Saxifragae L. historia.

Quamquam genus *Saxifraga* prae ceteris magna specierum copia excellit, tamen temporibus antiquissimis, quum viri eruditiores ad botanicem cogitationes referre inciperent, vel vulgarium specierum notitia levis exiguaque occurrit, praesertim quum plurimae plantae in montibus altioribus, qui temporibus illis perraro vel omnino non perquirebantur, inhabitent. Una tantum species, *S. granulata*, medicis aetatis illius majoris esse momenti videbatur. Neque ullam plantam Theophrastus affert, quae forte *Saxifragae* generi adscribi possit. Dioscorides primus plantam quandam commemorat, cui nomen *φύλλον* impositum est et quae Sprengelio et Fraasio auctoribus forte eadem est ac *S. media* Gouan, quae in Graecia frequentissima observatur. Quare levi negotio comprobari poterat, Saxifragam Dioscoridi haud ignotam fuisse. Attamen ex descriptione, quam Dioscorides affert

pro certo nihil statuendum videtur, neque *φύλλον* illa Saxifragis adscriberi neque *Nardus celtica* pro *Saxifraga Hirculus* haberi, poterit, nam quas Dioscorides memoriae reliquit, descriptiones quum ad *Saxifragam*, tum maxime ad multas alias plantas referri possunt. Neque Dioscorides jam voce Saxifraga, vel ut lingua graeca utamur, *σαξίφραγον* utitur. Nam Plinius primus plantas commemorat, quibus a scriptoribus vetustioris aetatis nomen Saxifraga inditum sit. Ut enim alias plantas omittamus, quibus Plinius vim quandam attribuit, calculos frangendi, Adiantum quoque commemorat et his verbis utitur XXII. 21: „Calculos e corpore mire pellit frangitque utique nigrum. Qua de causa potius, quam quod in saxis nasceretur, a nostris saxifragam appellatam crediderim.“ Nescio, an *Adianto Capillo Veneris* vis illa calculos frangendi insit, sed verisimile mihi videtur, quum, quia planta nostra in lapidibus habitat et radiculas in omnes lapidum rimas et fissuras injicit, vim quandam delentem ad lapides exercere videatur, eadem de causa illi facultatem etiam calculos in vesica natos dissolvendi attributam esse. Nam haud raro fiebat, ut scriptores vet. aetatis ex forma organorum et conditionibus vitalibus plantarum intelligi posse crederent, quam illae vim efficacem haberent.

Qua de causa Plinio auctore omnes plantas, quae vim jam descriptam exercere posse videbantur, Saxifragas vocaverunt. Tum Brunfels jam accuratius *Sax. granulatam* L. describit, deinde Fuchsius in opere suo, quod inscriptum est: Historia stirpium, persuasum sibi habet, ut ex tabula picta elucet, Saxifragam unam eandemque plantam esse ac *Asplenium Rutam murariam*. Haec enim disserit:

„*Σαξίφραγον, ἔμπετρον* Graecis, Saxifragon et Saxifraga Latinis. Officinis quibusdam perperam Capillus Veneris dicitur, ut in Adianto docuimus. Rectius muraria ruta voca-

retur. Sunt qui Salvia vitam hodie nominent Germanis Maurrauten et Steinrauten appellatur Saxifragon, quod calculos e corpore pellat frangatque, Empetron vero, quoniam in saxis proveniat. Officinae hodie alias praeter hanc Latinorum Saxifragas ostendunt, de quibus suo dicemus loco."

Eodem fere modo Tragus, qui eruditione Fuchsio antecessori, non cedit, in libro qui inscribitur Kreuterbuch 1551. p. 188 disserit:

„Gleich wie man viel Artzney den Stein zu brechen und denselben auszuführen in brauch hat, also findet man auch viel gewächs, die man Saxifraga oder Steinbrech nennt, also dass beinahe ein jedes Land, ja ein jeder Lehrer und Meister sein eygen Steinbrech zum Stein erwählet; der Plin. lib. 20. cap. 21. nennet sein Polytrichon Calcifragum oder Saxifragum. Der Marcel Vergilius schreibet Tragopogon werd im gantzen Hetruria Saxifragum geheissen. Barbatus vermeint, Tormentilla sei Saxifraga. Simon Januensis hat sein eygen Steinbrech Petram findulam, das ist Bibernell, noch seind derselbigen gewächs mehr, als nemlich die Judenkirsen, der Meerhirsen und das Harnkraut. Wer will uns nun des rechten Steinbrechs Diosc. gewiss machen? Aber wahrlich, mich will hie auch bedunken, das capitel Saxifraga Diosc. seindt gantz oder müss zum Empetro gehören, wie mit mir im argwohn der hochgelehrte M. Vergilius."

Dum igitur viri eruditissimi aetatis illius omnem operam dant in Saxifraga Dioscoridis describenda, iis saepius, accidit, ut plantas, quae longissime altera ab altera remotae erant, in unum eundemque ordinem redigerent. Ita Fuchsius Saxifragae generi Meliloti speciem, si tabulae pictae fides habenda est, *Mel. officinalem* adscribit. Brunfels, Fuchsius, Tragus *S. granulatam*, quae per totam Ger-

maniam frequentissima observatur, *Sax. albam* vocant. Tragus jam intelligit, granula majoris momenti esse: „dieser runden körnelechten würtzeln des Steinbrechs hab ich gesetzet und über jar von einem jedem Körnlein ein besonder stöcklein gefunden.“

Valerius Cordus in opere suo, quod inscriptum est „hist. plantarum“ primus p. 92. *Sax. Aïzoon* Jacq. describit eamque *Aïzoon serratum* vocat. Dum igitur viri doctissimi aetatis illius non satis clare genus nostrum cognoscunt, nonnullis annis post vir, eruditionis et doctrinae gloria inter aequales valde praestans, qui multo majorem numerum specierum observaverat, processit, Gesnerum dicimus. Qui quum maximam diligentiam in veterum scriptorum operibus edendis adhiberet, tum etiam spatium habuit ad montes patriae suae peregrinandos. Quare multas Saxifragas observavit easque tabulis pictis, quibus splendidiores ad suam usque aetatem nondum conspectae erant, illustravit. Valde dolendum erat, quod jam per longius temporis spatium Gesneri opera quasi in tenebris remanserunt; Gesnerus quidem editionem operum suorum non vidit. Camerario demum, cui C. Wolf, Gesneri heres libros vendidit, contigit, ut figuras a Gesnero prolatas in epitome sua scribenda adhiberet. Tabulae pictae, qui longius absconditae erant, ad Trewii manus pervenerunt. Quo mortuo Schmiedel, quas hereditate acceperat, tabulas edendas suscepit, qua re de arte botanica valde promeruit.

Omnes fere Saxifragae vulgares, quae in Alpibus inveniuntur, a Gesnero descriptae et depictae sunt, imprimis fasciculus a Schmiedelio editus picturis splendidissimis insignis est. Gesnerus hasce species cognovit: *S. Cotyledon* L., *Aïzoon* Jacq., *caesia* L., *rotundifolia* L., *oppositifolia*

L., *aspera* L., *stellaris* L., *ascendens* L., *muscoides* Wulf., *granulata* L., *aïzoides* L., *sedoides* L., easque his generibus subscripsit: *Cotyledon*, *Sedum*, *Sedulum*, *Sanicula*, *Nasturtiolum*, *Tridactylites*, *Thlaspi*, *Paronychia*. Contra Gesnerus jam multas plantas generi *Saxifragae* adjunxit, quae ab illo valde remotae sunt, ex. gr. *Dentaria*. Quum Gesneri observationes, ut jam supra diximus, per longius temporis spatium incognitae remanerent, facile est intellectu, botanicos, qui nonnullis decenniis post illum scripserunt, non multum profecisse. Ita opus, quod titulum habet magnam sui exspectationem excitantem: „New vollkommentlich Kreuterbuch" sub nomine Saxifragae complures Umbelliferas, *Thalictrum minus* = *S. luteam*, *Asplenium Trichomanes* = *S. rubram* Thal., *Umbilicum veneris* = *S. Aïzoon* complectitur. Neque magis ad Saxifragae cognitionem augendam Mattioli et Dodonaeus contulerunt. Pona demum in Flora Montis Baldo (1608) describenda speciem novam, quam *S. album petraeam* vocat, affert ejusque imaginem depingit. Apud Lobelium jam *S. Burserianam* L. (*Sedum minimum tertium*) descriptam invenimus; Clusius *S. rotundifoliam*, *aïzoidem* et *caesiam* depingit, quae Gesnero vero jam cognitae erant.

Ut omnibus notum est, ineunte saeculo septimo decimo, materiam botanicam adhuc uberrime collectam de integro Caspar Bauhinus optime de disciplina nostra meritus, ex regulis synonymis elaborandam suscepit. Qua de causa in libro, qui inscribitur „Prodromus theatri botanici" omnibus quas commemoravimus speciebus hoc in opere iterum occurrimus, exceptis plerisque, quae a Gesnero detectae erant.

Insequentis periodi botanici rectissime intellexerunt, esse caput quaestionis propositae, plantas in systemata certa et usui accomodata, quibus notitia levaretur, redigi.

Morison, qui in systemate suo a fructu, coronella floris, forma externa plantae proficiscitur, Saxifragam sectioni: „Plantae succulentae *bicornes* polyspermae seminibus pulverulentis“ adscribit, et hasce species distinguit: *Sedum bicorne flore luteo, flore albo* et *flore purpureo.* Praeterea speciebus jam observatis duas novas addit: *S. bulbiferam* L. *S. hypnoidem* L.

Raius, qui Morisonis auctoritatem secutus est in libro suo, qui inscribitur „Methodus“ — Saxifragae generi vicesimo secundo „herbae pentapetalae exangiospermae sive vasculiferae foliis in caule alterno aut nullo ordine positis“ adscripsit. Pari modo *Saxifraga, Cotyledon, Sanicula montana, Sedum serratum*, quae antea ut genera inter se diversa descripta erant, in unum genus aptissime conjunxit, notam insignem illarum afferens coronam floris quinquefoliam et fructum duobus pistillis instructum.

Dum igitur Raius et Morison in descriptionibus suis ad totum plantarum habitum respiciunt, Rivinus sola in corolla systema suum innititur. Dolendum est quod Saxifragas vir doctiss. non accuratius descripsit. Sed in introductione generali in rem herbariam bene de cognitione Saxifragarum meruit, quod regulam constituit, nomen, uni generi additum, nunquam ad alia genera transferendum esse.

Sententiis, quas Rivinius exposuit, in commune Tournefort se applicavit et *Saxifragam* cum *Salicaria* et *Glaucio* tertiae sectionis classis suae VI, quae „herbas flore rosaceo, cujus pistillum abit in fructum plerumque bicapsularem“ complectitur, adscripsit. Generi Saxifragae eandem notionem subjecit ac Raius, sed duo genera commemorat, *Geum* Tourn. et *Saxifraga* Tourn. Quae hanc ob causam alterum ab altero discernit, quod in genere *Gei* ovarium calyci con-

natum non est, contra *Saxifraga* Tourn. calycem praebet cum ovario ad capsulam coalitum. Quae quum relatio inter calycem et ovarium in singulis speciebus Saxifragae valeret, jam postea genus dividebatur. Sed partitio probari non potest, quum inter casus extremos multi transitus inveniantur. Quod quum Raius intelligeret, unum tantum genus Saxifragam posuit, id quod postea Linnaeus comprobavit.

Ex quo tempore generis nostri notio accuratius descripta est, jam specierum numerus valde adauctus est, praesertim, quum ex itineribus multae, quae antea cognitae non erant, delegerentur. Nam nonnullas species septentrionalium Martens praebuit, postquam in Spitzbergios peregrinationem suscepit: *S. nivalis, biflora, stellaris, rivularis;* tum Buxbaum *S. hederaceam* in lucem protulit eamque in Flora sua sibirica accurate descripsit. Neque minus numerus specierum alpinarum annis procedentibus accrevit, quum jam itinera frequentissima in Alpes conficerentur; ita Hallerus in opusculo suo primus *S. mutatam* L. et *S. muscoidem* Wulf. descripsit.

Quae materia per longius temporis spatium a viris doctissimis paulatim conquisita, Linnaeo ad elaborandum data erat. Notionem generis, quae paulatim exculta et a Raio fixata est, integram comprobavit, quum illa jam tam arcte terminata esset, ut aliter fieri non possit. Sed partitionem, qua Tournefort *Saxifragam* et *Geum* disjunxerat, iterum rejecit. Quum ad numerum antherarum et pistillarum respiceret, Saxifragam ordini secundo classis decimae adscripsit et postquam omnium plantarum in nomenclatura corrigenda etiam Saxifragae nomine meliora reddidit, species triginta septem numero descripsit easque in quatuor ordines divisit.

Quamquam postea multi impetus in systema Linnaeum facti sunt, qui partim rationibus firmati partim fictis vanis-

que argumentis fulti erant, et multa, quae Linn. proposuerat, commutata sunt, nostrum genus tamen locum, quem ei Linnaeus attribuerat, retinuit, quum relationes numerales organorum genitalium in Saxifraga constantes invenirentur.

Quum Jussieu systema suum proponeret, quod vocant naturale, familia Saxifrageae, finibus illis, qui jam hodie observantur, descripta in Dicotyledonibus polypetalis peripetalis atque inter Sempervivum et Cactum classi septimae decimae adscripta est. Tum illam DeCandolle inter Grossularieas et Umbelliferas in Dicotyledonum calyciflorarum numerum recepit, denique Endlicher una Saxifragas cum Crassulaceis et Ribesiaceis in classem: Corniculatae recepit.

Ut per se constat, botanice a Linnaeo in artis perpetuis praeceptis ordinatae modum producta quum alia genera, accuratius explorarentur, tum scientia specierum Saxifragae valde accrevit. Nam species novae non solum in regione jam definita explorandi detectae sunt, sed etiam quum itinera jam frequentissima fieri inciperent, eaque ad scientiam botanicam excolendam, ars botanica fines occupavit, qui antea prorsus incogniti erant.

Ex Alpibus Gouan, Allioni, DeCandolle, Bellardi, Sieber, Jacquin, Wulfen, Sprengel, Bertoloni novas species attulerunt; permultum ad Saxifragae cognitionem augendam Picot Lapeyrouse libro, qui inscribitur Flore des Pyrénées contulit, nam magnam specierum copiam, quae solis in Pyrenaeis inveniuntur et accurate descripsit et tabulis pictis illustravit. Hic primum *S. longifolia*, *aretioides*, *planifolia*, *groenlandica* Lap. nec L. = *iritiana* F. Schultz, *capitata*, *aquatica*, *intricata*, *nervosa*, *pentadactylis* commemorantur.

Tum materiali modo iterum valde adaucta Comes Caspar de Sternberg in libro, tabulis splendidissimis ornato, qui

inscribitur: Revisio Saxifragarum a. h. s. X. octoginta septem species descripsit. Neque multo post alii scriptores ad genus nostrum illustrandum contulerunt. Ut alia omittamus Moretti a. h. s. XXIX. de Saxifragis regionis Italicae disseruit. Quum species novae generis nostri in dies augerentur, mox necesse erat, species in ordinem certum redigi, ut omnes uno in conspectu facilius viderentur, praesertim quum facile erat intellectu typos, valde inter se disjunctos nostrum genus continere. Contempleris *S. Aïzoon* et *S. hypnoidem*, *S. hieracifoliam* et *S. oppositifoliam*, *S. orientalem* et *mediam*.

Ex speciebus, quas commemoravi, suum quaeque typum ostendit, cui copia specierum aliarum adscripta est. Ab initio typi illi non satis observabantur; quum vero in dies magis intelligerent, divisionem generis usui accommodatam valde necessariam esse, natura ipsa videbatur typos praebere, ex quibus distinctio efficeretur.

Attamen scriptores valde inter se discrepant. Primum enim Haworth in libello suo, qui inscribitur: enumeratio Saxifragarum septendecim genera adesse statuit. Divisio ab illo inducta etsi vix suppetit (quum multa eorum ne in subdivisione quidem adhiberi possint), tamen, ut uno fere conspectu totum genus conspiciatur, multum confert. Putavit enim Haworth ad divisionem suam generis praeter magnam habitus differentiam non minore jure diversum modum, quo calyx cum capsula sit conjunctus, adhiberi posse, cum sepala in multis speciebus ovario sint connata, in aliis haud connata, in aliis ovarium inferum, in aliis superum.

Quae res notionem quidem praebet suppetentem, qua, quum genera inter se distinguentur, tum maxime familiae secerni possunt, at, quod ad Saxifragam distinctio illa non suppetit, quum quomodo ovarium superum in inferum paulatim

transeat, in diversis speciebus bene conspicere possimus. Praeter divisionem generis Haworth complures species novas induxit, prae ceteris *S. hypnoidi* atque decipienti vicinas; sed haec quoque partitio audacius posita est.

Fere uno eodemque tempore atque Haworth septendecim sua genera instituerat, Tausch in ann. hort. Canal. fasc. I. novem sectiones proposuit, quas ex habitu Saxifragarum instituerat. Sectiones hae sunt: *Eropheron*, *Porphyrion*, *Aïzoonia*, *Dactyloides*, *Micranthes*, *Arabidia*, *Hydatica*, *Micropetalum*, *Hirculus*.

Deinde Gaudin, quum Floram helveticam ederet, librum in omnibus rebus praecellentem, novam divisionem adhibuit. Quum plerumque subtilius, quam Tausch genera separaret, majorem sectionum numerum obtulit. Attamen multae sectiones occurrerunt, quibus in describendis illum Tausch sequitur, quamvis nomina ab illo accepta rejecerit. Primum enim *Calliphyllum* eadem est ac *Porphyrion* Tausch neque *Gomphophyllum* Gaud. ab *Arabidia* et *Hydatica* Tausch discrepat. Tum sectionem *Aïzooniam*, quam Tauschius proposuit et quae permultas species continebat, Gaudin in tres naturae convenientes typos *Cotyledon*, *Trigonophyllum* et *Porphyllum* dissolvit. Sectioni *Hirculo* Tausch pares sunt sectiones *Hirculus* Gaud. et *Trachyphyllum* Gaud. Postremo sectio *Dactyloides* Tausch, ad permultas species pertinens in tres tribus: *Nephrophyllum*, *Sedoides* et *Triplinervium* divisa est.

Omnes, quas descripsimus, divisiones in supplemento secundo Sternbergii monographiae, quod ann. h. s. XXXII Presl edidit et usu receptae, atque species jam cognitae iis subscriptae sunt.

Sectio *Bergenia* Moench meth. 664 = *Eropheron* Tausch = *Megasea* Haw. = *Geryonia* Schranck hic apparet a *Saxi-*

fragis remota idque optimo jure, quum capsulae non usque ad pistillos coalitae sint, — id quod Saxifragarum est, sed in fundo tantum aliquantum inter se conjunctae sint. Occasio mihi data erat in horto botanico Vratislaviensi specimina *Bergeniae cordifoliae* observandi, quarum capsulae nusquam coccum obductum praebuerunt; neque raro pro capsulis duabus tres vel quatuor inveni. Jam restat ad dijudicandum, utrum species huc pertinentes generi *Leptarrhenae* adscribendae an generi proprio *Bergeniae* attribuendae sint.

Sectiones a clariss. Tausch prolatae integrae acceptae sunt a DeCandolleo, cum librum, „Prodromus" inscriptum, ederet. Quo in opere centum quinquaginta species tam accurate descriptae sunt, ut omnes fere Florae, quae postea in lucem prolatae sunt, illam divisionem, quam Tausch instituerat, retinerent. Quum mihi videretur frequentior sectionum Tauschianarum partitio ex naturae regulis data esse multumque conferre, ut conditiones geographicae plantarum melius conspicerentur, in tabula insequenti mihi proposui, ut plantae in ordinem redigerentur, qui usui accomodatior esset; inprimis persuasum mihi habui, species, quas Tausch Cotyledonum sectioni adscripserit, Gaudinio auctore potius inter complures sectiones distribuendas esse, quum, qui sectionibus Tauschianis continentur typi, nimis inter se diversi sint. Species, quae *S. mediae* propius accedunt, typum suum habent, qui, quod ad habitum quidem, a sectione *Colyledon* valde differt finibusque arctissimis circumscriptus est. Licitum mihi sit, ut illum ex nomine defuncti et optime de arte botanica meriti Kabsch Tigurini *Kabschia* nomine inducam. Pariter in ceteris Saxifragis disjungendis semper habitus et conditiones geographicae plantarum ante oculos mihi fuerunt. Spero fore ut disputatione insequenti ratio, quam adhibuerim, comprobetur, quoniam, uno illo nomine excepto, et in nomi-

nibus usu receptis semper constiti et, ut ex materia collecta optimum quidque eligerem, operam dedi.

Jam sectiones in ordinem redactas enarrabo, praeterea species sectionis *Dactyloidis*, quae definienti facile difficultates comparant, accuratius exposui. Restat, ut profiteor, me complures species cultas, parvum tantum numerum plantarum, quas adduxi, in spontaneo statu observasse, id quod mirandum non accidet, quum pleraeque intra fines angustissimos coarctatae sint. Illud quidem affirmo, me quaecunque observare potui, diligenter inter se comparasse, ut conclusiones firmae acutaeque fierent. Quem ad finem materiam uberrimam mihi praebuit herbarium Berolinense; neque minus collectiones societatis Silesiae, herbaria Goeppertii, praeceptoris dilectissimi et de Uechtritz amici carissimi magno mihi adjumento fuerunt. Praeterea professori Celakowsky Pragensi gratias quam maximas ago, quod benevole veniam mihi dedit exemplaria prima inspiciendi, quae Sternbergio quum monographiam scriberet, ante oculos erant. Neque minus Cohn praeceptor dilectissimus, viri ill. Garcke et Al. Braun, amicissimi Ascherson et Reimann quocunque modo potuerunt libris me adjuverunt. Quoad fieri potuit omnes, quae ad Saxifragas pertinent, diagnoses et tabulas pictas inter se contuli. Qua de causa spero lectorem benevolum, quamquam observationes meae exiguae videntur, mihi fidem non abrogaturum et ex libello, in quo scribendo permultum temporis consumpsi, utilitatem quandam capturum esse.

Pars III.

Systematica.

Conspectus sectionum generis Saxifragae L.

- **Caudiculis epigaeis foliis**
  - **margine vel apice porosis**
    - **opposits** . . . . . → Sect. I. *Calliphyllum* Gaud. fl. helv. III. 84! → Porphyrion Tausch l. c.!
    - **alternis**
      - **linguulatis**
        - **obtusis, margine cartilagineo-serrato** → Sect. II. *Cotyledon* Gaud. l. c.!
        - **acuminatis marg. cart. integerrimo** → Sect. III. *Kabschia* mihi!
      - **triquetris**
        - **obtusis** . . . . . → Sect. IV. *Porophyllum* Gaud. l. c.!
        - **mucronatis** . . . → Sect. V. *Trigonophyllum* Gaud. l. c.!

    → Aïzoonia Tausch l. c.!
  - **non porosis sepalis**
    - **ovario adhaerentibus** . . . . . → Sect. VI. *Dactyloides* Tausch hort. can. fasc. 1!
    - **ovario non adhaerentibus**
      - **cuneatis filamentis**
        - **filiformibus, pilis non articulatis** → Sect. VII. *Arabidia* Tausch l. c.!
        - **clavatis pilis articul.** → Sect. VIII. *Hydatica* Tausch l. c.!
      - **linearibus** . . . . . → Sect. IX. *Hirculus* Tausch l. c.!
- **Caudiculis hypogaeis caule**
  - **folioso calycis sepalis**
    - **ovario adhaerentibus**
      - **perennes** . . . . . → Sect. X. *Nephrophyllum* Gaud. l. c. 85! pr. p.
      - **annuae** . . . . . → Sect. XI. *Lobaria* Haworth. en. sax.! pr. p.

    → Dactyloides Tausch l. c.!
    - **ovario adhaerentibus**
      - **perennes** . . . . . → Sect. XII. *Micropetalum* Tausch l. c.! pr. p.
      - **annuae** . . . . . → Sect. XIII. *Cymbalaria* Nymann Fl. europ.!

    → Micropetalum Tausch l. c.
  - **aphyllo** . . . . . → Sect. XIV. *Micranthes* Tausch l. c.!

Conspectus Saxifragarum Europae indigenarum.

Sect. I. **Calliphyllum** Gaud.

A. Rami humifusi, folia quadrifariam imbricata.

a. Folia ciliata, caulis uniflorus, stamina corolla breviora, semina rugosa.

Petala lanceolata, folia apice 1—3-punctata . . . . . 1. *oppositifolia* L.

Petala ovata folia 1-punctata? . . Rudolphiana Hornsch.

b. Folia non ciliata, recurva, caulis 1—4-florus, stamina corolla longiora, semina laevia . . . . . 2. *retusa* Gouan.

B. Rami enitentes, folia opposita subimbricata.

a. Stamina corollam aequantia . . 3. *biflora* All.

(*b.* Stamina corolla duplo vel plus breviora?) Kochii Hornung. S. biflora var. grandiflora Heer.

Sect. II. **Cotyledon** Gaud.

A. Flores lutei, petala acuminata.

a. Inflorescentia pyramidalis, pilosa . 4. *mutata* L.

(*b.* Inflor. basi racemosa, tota planta pilosissima) . . . . . demissa Schott. S. mutata *β.* Andraeensis mihi!

B. Flores albi, petala obtusa.

a. Caulis crassus, ramosissimus, styli per anthesin recte adscendentes.

α. Pet. oblonga, folia obovata oblonga 5. *Cotyledon* L.

β. Pet. obovata, folia spathulata cartilagineo-serrata . . . . . 6. *longifolia* Lap.

b. Caulis tenuis, paniculatus.

a. Panicula pyramidalis.

I. Folia margine tenui membaranaceo 7. *Andrewsii* Harv.

II. Folia margine cartilagineo

1. Pedunculi 6 — 12-flori.

Panicula pyramidata ramis patentibus 8. *elatior* M. K.

- cymosa . . . . . 9. *Aïzoon* Jacq.

2. Pedunculi 2 — 3-flori.

Panicula glaberrima, folia margine integra.

Folia lingulata . . . . . 10. *lingulata* Bell

Folia spathulata . . . . . cochlearis Reichb.

Panicula glandulosa, folia serrata maxime calcareo-crustata 11. *crustata* Vest.

Sect. III. **Kabschia** mihi!

A. Petala calycem longitudine aequantia.

a. Petala rubra, folia basi ciliata . 12. *media* Gouan.

b. Petala lutea, folia basi non ciliata 13. *luteo-viridis* [Schott et Kotschy.

B. Petala calycem longitudine duplo superantia.

a. Folia carinata.

α. Petala alba . . . . . 14. *scardica* Griseb.

β. Petala lutea . . . . . 15. *aretioides* Lapeyr.

b. Folia non carinata.

α. Pet. alba, folia lingulata, basi ciliata 16. *Rochelianа* Sternb.

β. - - - - - - 17. *marginata* Sternb.

Sect. IV. **Porophyllum** Gaud.

A. Flores corymbosi. Pet. in basin attenuata.

a. Folia linearia . . . . . 18. *diapensioides* L.

b. Folia oblonga obtusa coriacea.

α. Sepala triangularia, margine membranaceo. Corolla calycem duplo superans . . . . . 19. *Boryi* Boissier et

β. Sep. oblonga obtusa. Cor. calyce triplo longior . . . . . [Heldr.
20. *coriophylla* Griseb.

B. Flores subcorymbosi. Petala obovata.

a. Caulis et pedunculi glabri.

α. Fol. rigide imbricata, squarrosa, caulis subtriflorus . . . . . 21. *squarrosa* Sieber.

β. Fol. basi plana, apice triquetra, obtusa 22. *caesia* L.

b. Caulis et pedunculi glandulosi 23. *valdensis* DC.

Sect. V. **Trigonophyllum** Gaud.

A. Folia margine punctata.

a. Fol. subulata, 7-punctata. Uniflora 24. *Burseriana* L.

b. Fol. ovato-lanceolata 5-punct. pauciflora.

α. Flore albo . . . . . 25. *Vandellii* Sternb.

β. Flore flavo . . . . . 26. *sancta* Griseb.

B. Folia apice punctata, calycis sepala aristata . . . . . 27. *tenella* Wulf.

Sect. VI. **Dactyloides** Tausch.

A. Petala unguiculata.

a. Non frutescens; limbus fol. oblong. basi cuneatus . . . . . 28. *pedemontana* All.

β. Frutescentes; limbus fol. ovato-suborbicularis.

1. Petiolus longus plurinervius . . 29. *pedatifida* Smith.

2. - 1-nervius ciliato-lanatus 30. *geranioides* L.

B. Petala non unguiculata.

α. Caudiculi fruticulosi.

I. Folia non vel indistincte nervosa; sepala subacuta.

1. Limbus ovat. basi cuneat., lobi lanceolati . . . . . 31. *obscura* Godr. et
2. Limbus flabelliformis, pedatifidus; [Gren.
lobi lineares . . . . . 32. *pentadactylis* Lap.

II. Fol. distincte nervosa; sepala obtusa 33. *nervosa* Lap.

β. Caudiculi non fruticulosi.

I. Folia digitata.

a. Surculi non gemmiferi.

1. Sepala obtusa.

1.′ Lobi foliorum obtusi.

† Folia distinctissime nervosa.

* Petala calyce plus duplo longiora.

Tota planta puberula . . . 34. *pubescens* Pourr.

Planta glabra . . . . . 35. *intricata* Lap.

** Petala calyce duplo longiora 36. *exarata* Vill.

†† Folia leviter nervosa.

* Calyx non pubescens.

Folia atroviridia profunde incisa 37. *iratiana* Schultz

Folia laete viridia apice 3-fida.

Petala calyce longiora 38. *muscoides* Wulf.

\- - breviora 39. *crocea* Gaud.

** Calyx pubescens; folia angustissima . . . . . 40. *obtusifida* Don.

2.′ Lobi foliorum acuminati.

† Caulis adscendens crassus, multifl. 41. *aquatica* Lap.

†† Caul. procumbens, tenuis, paucifl.

Fol. longe petiol.; stamina calyce longiora 42. *ajugaefolia* L.

Fol. sessilia . . . . . 43. *perdurans* W. K.

2. Sepala acuminata.

1.′ Lobi obtusi.

† Folia 3-partita. Planta uniflora, glabra 44. *caespitosa* L. vera!

†† Fol. biternata. Pl. hispida. Pet. multinervia calyce duplo longiora 45. *biternata* Boiss.

2.′ Lobi acuminati.

† Folia indistincte nervosa.

* Folia 3- vel 5-partita 46. *decipiens* Ehrh.

* Folia trifurcata, lobis iterum trifurcatis 47. *trifurcata* Schrad.

†† Folia distincte nervosa. Sepala mucronata 48. *Camposii* Boiss.

b. Surculi gemmiferi.

1. Folia gemmarum lanceolata, mucronata, carinata 49. *hypnoides* L.

2. Fol. gemmarum obovata, acuminata neque carinata.

1.′ Sepala acuminata . . . . 50. *gemmulosa* Boiss.

2.′ - obtusa.

† Folia radicalia tantum gemmifera 51. *Haenseleri* Boiss.

†† Folia caulinia quoque in axillis gemmifera.

* Fol. radicalia breviter petiolata { 52. *Reuteriana* Boiss. / 53. *erioblasta* Boiss. et Reut. (spathulata Boiss. nec Desf.)

** Fol. radicalia longe petiolata 54. *globulifera* Boiss.

II. Folia non digitata.

a. Sepala obtusa.

1. Caulis nudus; folia linearia.

1.′ Petala basi rotundata, calyce duplo majora 55. *planifolia* Lap.

2.′ Petala basi attenuata violacea, calycem longitudine aequantia 56. *Facchinii* Koch.

2. Caulis foliosus; folia spathulata.

1.′ Petala calycem duplo superantia 57. *androsacea* L.

2.′ Petala calycem aequantia 58. *Seguierii* Spreng.

b. Sepala acuminata.

1. Petala acuminata . . . . . 59. *aphylla* Sternb.

2. Petala oblonga.

1.′ Caulis nudus, petala cal. breviora 60. *sedoides* L.

2.′ Caul. foliosus, pet. cal. aequantia 61. *Hohenwarthii* Sternb.

Sect. VII. **Arabidia** Tausch. 62. *stellaris* L.

Sect. VIII. **Hydatica** Tausch.

A. Folia cuneata, repanda 63. *cuneifolia* L.

B. Fol. margine cartilagineo-crenata vel serrata.

a. Petiolis dilatatis . . . . . 64. *umbrosa* L.

b. Petiolis simplicibus teretibus.

1. Folia ovata venosa . . . . 65. *hirsuta* L.

2. Folia reniformia avenia . . . 66. *Geum* L.

67. *aestivalis* Fisch.

Sect. IX. **Hirculus** Tausch.

A. Caules simplices.

a. Folia diversa; inferiora obovata sessilia ciliata, serrata, mucronata, superiora lanceol. glanduloso-ciliata 68. *flagellaris* Willd.

b. Folia uniformia.

α. Fol. non ciliata; flores subsessiles 69. *Hirculus* L.

β. Fol. tenuissime cil. flor. paniculati, pedunculis longis debilibus 70. *bronchialis* L.

B. Caules cespitosi.

a. Folia linearia, non mucronata, crassa, flor. paniculati 71. *aïzoides* L.

b. Folia lanceolata, mucronata.

α. Sepala ovata submucronata. Pet.
calyce vix longiora 72. *juniperina* Ad.

β. Sepala lanceolata acutiuscula. Pet.
cal. multo longiora 73. *aspera* DC.

Sect. X. **Nephrophyllum** Gaud.

A. Caulis erectus.

a. Fol. radicalia cuneata vel spathulata.

α. Pedunculi uniflori, fructu longiores 74. *tridactylites* L.

β. Ped. racemosi, fructum aequantes 75. *adscendens* L.

1. Capsula basi in peduncul. attenuata [vera!

2. Capsula truncato-subretusa parnassica Boiss.

b. Folia radicalia cordata vel reniformia.

α. Caulis ramosus.

I. Folia profunde partita . . . 76. *irrigua* M. B.

II. Folia lobata.

1. Tubus calycis hemisphaericus, folia caulina lanceolata, integra 77. *graeca* Boiss. et [Heldr.

2. Tubus basi angustior, fol. caul. tripartita.

1.′ Caulis firmus . . . . . 78. *granulata* L.

2.′ Caul. debilis, ramis subdivaricatis corsica Godr. et [Gren.

β. Caulis simplex multiflorus.

I. Folia dentato-crenata.

1. Fol. caulina in axillis gemmulas gerentia 79. *bulbifera* L.

2. Fol. caulina in axillis gemmulas non gerentia 80. *carpetana* Boiss.

II. Folia palmato-partita.

1. Flores dichotome paniculati; sepala acuta 81. *dichotoma* Willd.

2. Flores subsessiles, capitati; sepala obtusa 82. *arundana* Boiss.

B. Caulis procumbens.

a. Fol. radic. palmatifida, triloba, lob. acutis, flore albo . . . . . 83. *petraea* Gouan.

b. Fol. radic. rotundata, obtuse 3—5-loba, flores racemosi citrini 84. *arachnoidea* [Sternb.

Sect. XI. **Lobaria** Haworth.

A. Sepala oblonga lanceolata.

a. Fol. caulinia bulbillos gerentia, petala ovato-oblonga, calyce duplo longiora 85. *cernua* L.

b. Fol. caul. non bulb. gerentia, pet. cuneata calyce triplo longiora 86. *sibirica* L.

B. Sepala ovata lata.

a. Petala calyce duplo longiora, oblonga lanceolata 87. *carpathica* Reichb.

b. Petala calyce vix longiora 88. *rivularis* L.

Sect. XII. **Micropetalum** Tausch.

A. Petala obovata, folia crenis latis acutiusculis.

a. Semina angustato-costata 89. *taygetea* Boiss.
90. *heucherifolia* Griseb.

b. Semina laevia . . . . . 91. *chrysoplenifolia* [Boiss.

B. Petala lanceolata. Semina grosse tuberculata fol. crenis triangularibus.

α. Puncta petalorum secundum lineas longitudinales ordinata 92. *rotundifolia* L.

β. Puncta irregulariter sparsa , fonticola Kerner.

Sect. XIII. **Cymbalaria** Nymann.

A. Petala calyce longiora.

a. Sepala reflexa . . . . . 93. *Sibthorpii* Boiss.

b. Sepala non reflexa . . . . . 94. *Cymbalaria* L.

B. Petala calycem aequantia.

a. alba . . . . . 95. *hederacea* L.

b. lutea . . . . . 96. *paradoxa* Sternb.

Sect. XIV. **Micranthes** Tausch.

A. Petala oblonga, obtusa, calyce longiora, alba 97. *nivalis* L.

B. Petala ovata, acuta, calycem aequantia, viridia 98. *hieracifolia* W. K.

Sectio Dactyloides Tausch pr. p. brevi describatur atque quod ad sectiones vicinas, coarctetur.

Numerosae species sectionis *Dactyloidis* omnes distinctissime relationem quandam, qua inter se conjunctae sunt, nobis ostendunt. Observamus in omnibus caudiculos epigaeos, plus minusve densos cespites formantes, in quibus aeque atque in caulibus folia alterna se praebent. Folia semper herbacea, calce haud incrustata et plerumque laete viridia. Forma occurrit plerumque cuneata, rarius lanceolata vel linearis invenitur. Ligula raro exstat et fere semper cum caule connata est; petiolus in speciebus plurimis a lamina non accurate distinctus est, sed crebro paulatim in eam transire solet. Lamina aut indivisa aut, quod crebrius fieri solet, palmato- vel digitato-lobata vel partita est; quod ad marginem, folia semper integra conspiciuntur. Quae folia partita perpaucis speciebus ex-

ceptis in ceteris inveniuntur, unum quidem interest, ut in altera specierum sectione forma impartita, in altera forma partita praevaleat, attamen haud raro in uno eodemque specimine, quomodo forma partita in impartitam transierit, persequi possumus. Inde apparet, solam laminae partitionem illis in speciebus, in quibus incontinua est, suam speciei notam afferre non posse. Plerumque folia caulina a foliis caudiculorum differunt, illa enim magis involuta sunt. In speciebus distinguendis etiam ad folia ramorum sterilium respiciendum est, quae plusve minusve formam, quae foliis caulium florigerorum esse solet, occupant, saepius vero cataphylla (Niederblätter) existunt.

Ita folia parte superiore ramorum, internodiis valde abbreviatis, densas rosulas componunt. Quae folia in nonnullis speciebus infernum evolvendi gradum retinent; internodiis abbreviatis gemmulae et terminales et axillares ramorum formantur. Quae gemmae ubi continuae observantur notam specificam eamque bonam praebere possunt. Foliorum nervatura, laciniae partibus congruens, plus minusve palmata est, quare si nervi adsunt vel eminent, nota specifica affertur; sed caveas, ne facile in errorem adducaris, cum saepe in siccatis speciminibus leves observentur nervi, qui in viva planta explorantis oculum fugerunt.

Sepala aut acuta aut obtusa semper inter se minime usque ad dimidium quidem connata tubum efficiunt, qui etiam cum ovario conjunctus est. Sepala aut erecta aut patentia sunt, quae in speciebus nota constantissima est.

Petalorum forma est inter ovatam et ellipticam; perraro tantum linearia acuta sunt. Basis plusve minusve rotundata, in speciebus nonnullis unguiculata est et inde optimam notam praebet. Semper petala ovata vel elliptica sunt venosa. Color in maxima parte specierum albus raroque variabilis, in

paucis speciebus albus color luteo vel rubro colore commutatur. Pauca specimina lutea petala praebent. Stamina sunt subulata, quare haec tribus ab aliis differt. Semper decem enumerantur.

Carpella non discrepant a carpellis ceterarum sectionum, usque ad stylum coalita sunt in capsulam bilocularem, quae inter stylos dehiscit. Styli sunt remanentes. *Semina* capsularum numerosa elliptica forma atque rugosa sunt.

Sectio nostra ceteris opposita habitu a compluribus tam longe discedit, ut in errorem incidere possis, ut species quasdam hujus vel illius sectionis diversis generibus subscribas. Nisi notis genericis sectiones *Calliphyllum*, *Cotyledon*, *Kabschia*, *Porophyllum*, *Trigonophyllum*, quorum folia semper calcareo-cartilaginea sunt, nullo modo cum hac comparari possunt. Neque minus *Dactyloides* typus *Arabidiae*, *Hydaticae*, *Hirculo* nota est opposita, quae in aliis familiis optima generi nota adhibetur. In *Dactyloide* enim sepala cum ovario coalita, in illis non coalita sunt; huic accedit, quod in nulla illius generis specie folia digitato-partita observantur et in Arabidia Hirculoque pili foliorum caulisque articulati sunt, id quod aliter in *Hydatica* et *Dactyloide* cernitur. Si *Dactyloides* a ceteris sectionibus, quae epigaeis caudiculis insignes sunt, facile distingnitur, contra difficilius occurrit dijudicatu, quoties illas ex habitu suo cum iis typis conferimus, quibus sunt caudiculi hypogaei. Cum sectione *Micranthe*, *Dactyloides* certe non congruit; (*S. muscoides* Wulf. et *S. hieracifolia* W. K. vel *S. nivalis* L. inter se non minus diversae sunt, quam *Ranunculus aquatilis* et *R. cassubicus*.) Pariter ovario infero a *Micropetalo* et *Cymbalaria* sectio nostra disjungitur. Aliter se habent *Nephrophyllum* et *Lobaria* Haw., quae utraque a clar. Tausch cum *Dactyloide* uni eidemque generi subscripta sunt. Utrique typi ostendunt

folia palmata et partita, sed tum *Dactyloides* caudiculos epigaeos, *Lobaria* hypogaeos, qui formam granulosam habent, nobis praebet, deinde etiam folia valde inter se discrepant, (nam in *Lobaria* folia tantum lobata conspiciuntur) omnes hujus tribus plantae annuae sunt, contra *Dactyloidis* species perennes esse constat. Restat ut a *Nephrophyllo Dactyloidem* accuratissime disjungamus, nam ex omnibus typis adeo illi inter se congruunt et notis iisdem conjuncti sunt, ut saepius difficile sit dictu, utrum species quaedam huic an illi sectioni adscribenda sit. Pleraque quidem e *Nephrophyllis* a *Dactyloide* sine ulla dubitatione longe diversa sunt. Habitus *S. granulatae* et earum, quae illi propius accedunt, plantarum certe valde differt ab habitu sectionis *Dactyloidis;* in hac enim praevalet foliorum forma cuneata, in illis rotundata; in his digitato-partita, in illis lobata vel dentata apparet. Sed jam difficilius species nonnullae adsunt, (exempli gratia *S. irrigua* M. B. quae a Seringio in DeCandollei Prodromo cum *S. geranioide* L. confusa est) quibus in describendis majores difficultates exstant. Quare scriptoribus accidit nonnullis ut, quae Linnaeus de *S. ascendente* disseruerat, ad *S. aquaticam* Lap. tulerint. Nota prima eaque efficacissima haec est: *Dactyloidis* caudiculos epigaeos, *Nephrophylli* hypogaeos esse.

Species Europae indigenae sectionis Dactyloidis.

1. *Folia digitato-partita.*

A. Petala unguiculata. Species hujus tribus quae sunt paucae, maxime calycibus congruunt. Sepala linearia sunt basi angusta, inflorescentia 2—3-plo, post florescentiam 1—1½-plo tubo calycis longiora.

a. Cespitosae, lamina foliorum oblonga, basi cuneata.

Saxifraga pedemontana All. fl. ped. n. 1540! Moretti tent. sax. p. 22 et 36. Don in Linn. soc. XIII. 435. Sternb. suppl. II. 85!

Syn. *S. Allionii* Baumg. Trans. I. 378. *S. caespitosa* Wulf. in Jacq. coll. 1. p. 290. excl. syn. *S. cymosa* W. K. pl. rar. hung. I. p. 91! Poir. dict. suppl. 5. p. 77. *S. heterophylla* Sternb. rev. 50! Haw. en. sax. 25. Sturm Deutschl. Flora! Host fl. austr. I. 513. *S. Candollii* Salzmann pl. cors. exsicc.! *S. cervicornis* Viv. prodr. fl. cors. app. p. 2. et app. alt. p. 7.

Icon. All. l. c. t. 21. f. 1 — 2! W. et K. l. c. t. 88! Sternb. rev. t. 88! Sturm Deutschl. Fl. XXXIII. 16!

Haec species a ceteris facillime distinguenda est praecipue calycis sepalis basi et apice aequaliter latis obtusis neque acutis ut in ceteris hujus tribus speciebus. Folia cuneata limbo plerumque non profunde inciso sunt. *S. cervicornis* Viv. est forma tantum foliis profundius incisis, etiam minor et gracilior quam planta pedemontana et transsilvanica; at transitus affatim *S. cervicornem* Viv. et *S. pedemontanam* All. unam speciem esse demonstrant.

Distributio. In meridionali parte Alpium, Col di Tenda! In Pedemontio, in Helvetia in monte Rosa tantum. Inde in totis Alpibus non exstat atque in Carpathis transsilvanicis demum reperitur. In Marmaros montibus! in Alpibus Arpasch! Koehat bei Sziget! atque in Sarco Banatus! Etiam in Sardinia (M. Genargentu!) atque in Corsica! (*S. cervicornis* Viv.)

b. Fruticulosae, lamina foliorum rotundata, limbo digitato-partito.

Saxifraga pedatifida Smith Engl. Bot. t. 1278. in trans. of the Linn. soc. X. 340.

Syn. *S. ladanifera* β. Dub. bot. 210. *S. geranioides* var. laciniis foliorum angustioribus Dec. fl. fr. V. 320! *Sax. Prostii* Dufour in litt.! vidi spec. in orig.!

Icon. Smith l. c.

Haec planta inter priorem et sequentem speciem media est, at ab utraque maxime differt, a *S. pedemontana* caudiculis lignosis fruticulosis, foliis profunde partitis sepalisque acutis. Quibus characteribus congruit cum *S. geranioide;* sed petiolo lato multinervio paullatim in ovalem digitatum limbum transeunte differt a *S. geranioide*, quae petiolum basi tantum dilatatum uninervium limbumque rotundatum basi fere cordatum habet.

Distributio. In meridie Galliae orientalis in Cevennis! Ex Britania prius nota, at non iterum reperta.

Saxifraga geranioides L. sp. 578! cod. Richt. 3166! Sternb. rev. 49!

Syn. *S. quinquefida* Lam. fl. fr. III. 533. *S. paniculata* Schleich. cat. 1821. *S. ger.* α. *ranunculifolia* Ser. in DC. Prodr. IV. 30! *S. Candollii* Tausch. Sternb. suppl. II. 84! nec Salzmann.

β. *angustata* mihi! *S. cuspidata* Schleich.!

γ. *ladanifera* Godr. et Gren. I. 644!

S. ladanifera Lap. fl. pyr. 65. hist. abrèg. 236! DC. fl. fr. IV. 375! Dub. bot. 210. excl. var. β. *S. pedatifera* β. *ladanifera* Don l. c. 414.

Icon. Gouan ill. t. 18. f. 2! Lap. l. c. t. 43. Sternb. suppl. II. t. 19. f. 6. 7! β. Sternb. suppl. II. t. 19. f. 1 et 1′! γ. Lap. l. c. t. 42.

Pulcherrima species, praecipue insignis foliis radicalibus tironumque rosulatis. Forma foliaꝰ, ut clariss. Godron dicit, simillima sunt foliis *Ranunculi montani* Willd. *S. ladanifera* varietas tantum *S. geranioidis* L. hoc solum differt, quod folia pilis resinosis sunt obtecta gratumque plantae odorem tribuunt.

Seringe cum *S. geranioide* *S. irriguam* M. B. conjunxit, quae autem praeter fere aequam formam foliorum cum *S. geranioide* nihilo congruit. Non enim habet caudiculum epigaeum, est ex solo ramosa neque ut *S. geranioides* inflorescentia cymosa. Neque plantae calycibus congruunt, cum in *S. irrigua* sepala sint breviora atque basi latiora. *S. irrigua* omnino non est sectionis *Dactyloidis*, sed *Nephrophylli*. Quo accedit, quod *S. geranioides* habitat in Pyrenaeis, altera planta in Caucaso, ut mirum esset, si hae plantae congruerent.

Distributio. In saxis humidis umbrosis altitudine 6000′ in Pyrenaeis orientalibus usque ad port de Bénasque, qui locus est maxime occidentalis. Ex Pyrenaeis orientalibus multis locis nota est.

B. Petala non unguiculata.

Petala sunt basi aut rotundata aut plus vel minus acuta. Sepala in omnibus basi latiora quam apice atque triangularia.

a. Fruticulosae, caudiculis lignosis epigaeis basi aphyllis atque ramosis.

Huic tribui species adscribendae, quae in Gallia meridionali atque in Pyrenaeis inveniuntur foliis pulcherrime laete viridibus petalisque lacteis ovalibus praecellunt.

1. *Folia non distinte vel haud nervosa. Sepala subacuminata.*

Saxifraga obscura Gren. et Godr. fl. d. Fr. p. 646!

Specimina cum ad manus non sint, non habeo quod uberius

de hac planta dicam. Secundum diagnosin nonnulla inter hanc et sequentem speciem diversa esse videntur. Lobi enim in hac lanceolati, in *S. pentadactyli* lineares, deinde in hac caudiculi non tam longi atque lignosi, quam in sequenti sunt.

Pyrenaei orientales. Vallée d'Eynes.

Saxifraga pentadactylis Lap. fl. pyr. 64. hist. abrèg. 235! Sternb. rev. 51! suppl. II. 71! Haw. l. c. 27. Ser. l. c. 30!

Syn. *S. pentadactyla* Don l. c. 419.

Icon. Lap. l. c. t. 40.

Optima species, quae a ceteris caudiculis valde lignosis foliorumque lobis linearibus, facillime distingui potest. Habitu saepius insequenti speciei similis est, at differt et nervis debilissimis et sepalis magis acutis foliisque longe profundius incisis.

Distributio. In Pyrenaeis orientalibus haud raro!

2. *Folia distinctissime nervosa, sepala obtusa.*

Saxifraga nervosa Lap. fl. pyr. 63. t. 39. et hist. abr. 235! Sternb. rev. 52! Haw. l. c, 28.

Syn. *S. palmata* Lap. fl. pyr. 64. t. 41. ex icone nec ex descript. ex Godr. et Gren. fl. de Fr. I. 647! *S. exarata β. laxa* Koch Synops.!

Hanc plantam speciem esse nemo nisi clariss. Koch est qui neget. Cum *S. exarata* nervis distinctis foliorum congruit, at ceterum maxime differt; *S. exarata* enim nunquam tam lignosos habet caudiculos, deinde *S. nervosae* petala sunt obovata, lactea, contra *S. exaratae* oblonga et albescentia vel luteo-albida. In *S. exarata* lamina paulatim in petiolum transit, in *S. nervosa* autem petiolus fere subito in laminam dilatatur, lobique in *S. exarata* obtuse lineares, at in *S. nervosa* obtuse lanceolati sunt.

Distributio. In Pyrenaeis orientalibus atque centralibus altitudine 6000′! etiam in Arragonia esse dicitur.

b. Cespitosae, caudiculis herbaceis foliosis cespites componentibus.

Sunt multae species, quae in sequentibus subtribubus sunt ponendae.

α. Omnia folia evoluta, sine gemmis axillaribus terminalibusque inevolutis.

I. Sepala obtusa.

† Lobi obtusi.

* Folia distincte nervosa.

Tres sunt species, quae ut *S. nervosa* a Kochio nullo jure cum *S. exarata* sunt confusae.

Saxifraga pubescens Pour. act. toul. 3. p. 337. DC. fl. Fr. IV. 375!

Syn. *S. mixta* Lap. fl. pyr. 41. t. 20. hist. abrèg. 228 et 636! *S. ciliaris* Lap. hist. abr. suppl. 54.

Icon. Lap. l. c. t. 20.

Koch censet, si in *S. exarata* folia et rosularum et tironum essent palmata, anguste petiolata atque anguste lobata, plantam *S. pubescentem* Pourr. existere. Sed utramque plantam *S. exaratam* et *S. pubescentem* ante oculos habeas et facillime differentias invenies. Petalorum enim forma utriusque speciei maximi momenti est. Sunt in *S. pubescente* late ovata sepalis triplo longiora, in *S. exarata* oblonga et sepalis duplo longiora. Praeterea in *S. pubescente* caulis, pedunculi, calyces pilis glandulosis sunt obtecti, quod nunquam in *S. exarata* hoc modo exstat. Denique *S. pubescentis* pedunculi sunt breviores, quam *S. exaratae*, ut inflorescentia in illa sit brevis panicula glomerata, in hac panicula rara pedunculis patentibus.

In herbario regio Berolinensi vidi plantam a clar. Boissier in Olympo collectam sub nomine *S. pubescens* var. *orientalis*, quae a vulgari forma densissimis cespitibus differt.

Distributio. In Pyr. orient.! multis locis, in Cevennis! Mende à l'ermitage de St. Privat, escarpement des Causses, Florac aux rochers de Rochefort, rochers de Monteich.

Etiam in Germania ab amicissimo R. de Uechtritz in monte Wormser Joch detecta est! in Graecia in Olympo!

Saxifraga intricata Lap. fl. pyr. 58. t. 33. et abrèg. 233! DC. fl. fr. IV. 374! Sternb. rev. 52!

Planta *S. exaratae* quidem simillima paucis tantum differt characteribus, at species esse videtur; petala etiam breviora quam *S. exaratae* sunt rotundato-ovata, lactea, in *S. exarata* oblonga atque albescentia, praeterea folia sunt distinctius nervosa quam prioris et sequentis. Folia atroviridia et viscosa.

Distributio. In totis Pyrenaeis supra Abiem excelsam.

Saxifraga exarata Vill. fl. delph. IV. 674. Don l. c. 432. excl. var. *β*. Morett. l. c. 20. Ser. l. c. 27! excl. *S. palmata* Sternb. suppl. II. 70!

Syn. *S. cespitosa* Whlbg. helv. p. 80. Gaud. helv. III. 125! et autor. helvet. *S. leucantha* Thomas. cat. 1818! et in Reichenb. pl. exsicc. Germ.! *S. exarata α. major* Ser.! *S. exarata α. compacta* Koch Syn. 1838. p. 274! *S. hypnoides* All. fl. ped. p. 72. n. 1538! *S. striata* Hall. fil. ex herb. Gaud. l. c. 129! *S. exarata* All. l. c. 1539!

Icon. All. l. c. t. 21. f. 4! t. 88. f. 2! Lap. l. c. t. 33! (*β.*)

Species haud dubia a sequenti foliis distincte nervosis, a priore petalis oblongis non ovatis albescentibus prorsus diversa. Quamvis facile sit cognoscenda, haec species multorum errorum fuit causa atque multis botanicis est ignota.

Saepius enim invenias in herbariis pro *S. muscoide S. exaratam;* erroris causa est fere eadem forma idemque color petalorum utriusque speciei, sed nervi foliorum satis notae esse possunt, quamvis in viventibus plantis minus exstent quam in siccatis.

Quod in Helvetia *S. exaratae* formae *S. cespitosa* L. esse putabantur, major quidem error est, quam confusio cum *S. muscoide* et multo magis excusandus, cum certe *S. cespitosa* L. vera esset ignota, planta omnino minime nota praeter in Scandinaviam.

Statio. In fissuris alpium alt. 5700—7500′.

Distributio. In Alpibus Pedemontii! et Sabaudiae! in Lombardia, in Pyrenaeis haud raro! in Gallia (Dauphiné), in Alpibus cotticis (ex Avignon usque ad Grénoble), inde in Helvetia frequens!, in Alp. germanis rarior; in Tirolensibus in monte Ortles! Wormser Joch! in Carinthia et Carniolia. In Carpathis deesse videtur, at in Turcia exstat, ubi clariss. Grisebach eam in monte Scardo detexit! Etiam in Caucaso esse dicitur. Plantam in parte septentrionali Asiae orientalis atque in insulis vicinis habitare haud verisimile esse mihi videtur, quum hic locus omnino sit extra fines plantae nostrae et potius, quum nulla altera species hujus tribus ibi exstet.

* *Folia indistincte nervosa*, ut nervi oculis inarmatis vix videantur.

Saxifraga iratiana F. Schultz in archives de la flore de France et d'Allemagne 1850. p. 176.

Syn. *S. groenlandica* Lap. l. c. 39. abrèg. 227! nec Linn.!! *S. caespitosa* Don l. c. 428. Morett. l. c. 21. *S. melaena* Boiss. diagn. pl. nov. ser. II. n. 2.

Icon. Lap. l. c. t. 19. Dill. Elth. t. 35. f. 329.

Haec species cespitosae formae *S. pubescentis* similis insignis est foliis atroviridibus haud nervosis, imbricatis cy-

lindricas columellas formantibus. Cum *S. muscoide* confundi non potest, cum ab hac planta differat foliis valde pilosis multo latioribus, floribus majoribus latisque petalis lacteis ovatis. Haec Pyrenaica planta etiam a Seringio in DC. Prodromo *S. groenlandica* L. putata est. *S. groenlandicae* L. ico in Gunneri flora norvegica exstat. Et haec et specimina in Groenlandia collecta *S. groenlandicam* L. congruere cum forma arctico-alpina *S. decipientis* Ehrh. demonstrant, praeterea transitus exstant inter hanc *S. groenlandicam* L. et *S. decipientem* Ehrh. At haec planta pyrenaica maxime differt; lobi enim plantae groenlandicae sunt acuti foliaque lacte viridia nunquam in columellas composita, quales sunt in *S. groenlandica* Lap. Cum mox cognitum esset, has duas plantas non unam speciem esse, planta Pyrenaica *S. groenlandica* Lap. nominabatur et planta Groenlandica cum *S. cespitosa* L. confundebatur. Quod huic rei obsit, suo dicemus loco in *S. cespitosa* L. et *S. decipiente* Ehrh. describendis. Certe autem *S. groenlandica* Lap. alia est planta et mirum est, quod autores accuratissimi Godron et Grenier in flora Galliae plantam sub nomine *S. groenlandicae* L. describunt Quum planta in Groenlandia haud proveniat et errore tantum Lapeyrousii ineptum acceperit nomen; optime plantae novum tributum est nomen. Schultzii nomen, quod est antiquius, Boissieri est praeferendum.

Distributio. In altissimis montibus Pyrenaeorum nunquam infra 8000′ ad glacies nivesque aeternas 8200 — 10800′ multis locis orientalis centralisque partis Pyrenaeorum. Val d'Eynes, Llaurenti, Amsur, Dent d'Orlu, Néouville, Glaciers d'Oo! de la Maladetta; pio Cuairat, Mail du Cristal, port de Bénasque! gore de Burbes, du Postillon, pics du Midi! d'Ossau, Brêche de Rolland, Penet-Housque-du-Brada, Eaux Bonner.

Saxifraga muscoides Wulf. in Jacq. misc. 2. 125! Willd. spec. 2. p. 656! excl. syn. Scop. Sternb. rev. 39. excl. syn. plur.! et suppl. II. 65! Don l. c. 437. Morett. l. c. 18. Haw. Don Engl. bot. Ser. l. c. 25!

Synonyma atque formae.

Muscaria muscoides Haw. l. c. 37. *S. varians* Sieb. fl. auct. exs. n. 132.

α. compacta Mert. et Koch Deutschl. Fl. II. 142! *S. muscoides α. hemisphaerica* Sternb. suppl. II. 65! *S. caespitosa hemisphaerica* Lap. l. c. 61. *S. acaulis* Gaud. l. c. 1829. p. 68. *Muscaria crocea* Haw. l. c. 38. *S. muscoides γ. lobata* Sternb. suppl. II. 65! *S. caespitosa* Lap. l. c. 60. nec Linn. Smith Engl. Bot. 794. *S. muscoides* var. *acaulis* et *uniflora* Gaud. l. c. 68. fl. helv. 3. 127! Ser. l. c. 25! *S. muscoides nana* Sternb. suppl. II. 11!

β. laxa Sternb. suppl. II. 65! *S. caespitosa* var. cum *surculis* Lap. l. c. 60. *S. muscoides ε. lineata* Sternb. suppl. 40! *S. elongella* Haw. misc. nat. 167. *Muscaria musc. β. elongella* Haw. Sax. 37. *S. Rhei* Schott. anal. bot. 390! *S. Allionii* Gaud. Syn. in Meisn. Anz. 28. *S. arctica* Willd. herb. n. 8150. *S. muscoides* var. *microphylla* Gaud. l. c. 69. et Ser. l. c. 25!

γ. integrifolia Koch Synops. *S. pygmaea.* Haw. misc. nat. 168. Don l. c. 439. excl. syn. Lap. Pers. et Sternb. *S. caespitosa* Huds. fl. angl. p. 181. *S. moschata* var. *β.* Lap. l. c. 62. Sternb. rev. 41! *S. muscoides* Ten. prodr. fl. neap. 25. *Muscaria caespitosa* Haw. excl. syn. Linn. *S. musc. α. microphylla* Ser. l. c. 25! partim.

δ. moschata Gaud. fl. helv. 3. 131! Ser. l. c. 26! *S. moschata* Wulf. in Jacq. misc. II. 128! Sternb. rev. 41! excl. syn. Smith Don l. c. 436. Haw. l. c. 28. Mor. l. c. 19. *S.*

caespitosa Scop. fl. carn. I. 293! *S. muscoides* Bieb. fl. taur. t. 316! *S. condensata* Presl fl. czech. p. 90. excl. syn. *S. tercktensis* Bunge in Led. fl. alt. II. 123! Led. ic. fl. cors. alt. ill. Sternb. II. 66!

ε. *atropurpurea* Ser. l. c. 26! *S. musc.* β. *purpurea* Sternb. suppl. II. 65! *S. moschata* γ. *atropurpurea* Sternb. rev. 41! *S. ampullacea* Ten. prodr. fl. neap. app. 4. 20. *S. atropurpurea* Sturm fl. germ. 33! Gaud. fl. helv. 3. 129! *Muscaria atropurpurea* Haw. l. c. 26.

Icon. α. Lap. l. c. t. 34 et 36. β. Lap. l. c. t. 35. Sternb. suppl. t. 7! γ. Engl. Bot. 2314. Lap. l. c. t. 38 et 36. δ. Jacq. l. c. t. 21. f. 21! Lap. l. c. t. 37. Led. l. c. t. 398. Sternb. rev. t. 11. f. 2 et 3! Scop. carn. 1. t. 14! Sturm l. c. 35. n. 15! ε. Sternb. rev. t. 11. b. f. 2! Sturm l. c. 33. n. 12!

Haec species nulli earum, quas attuli tam propinqua est, cum qua confundi possit, nisi forte cum *S. exarata* Vill. Quamvis foliorum nervis diversae, tamen ceteris notis similiores sunt, forma atque colore petalorum, inflorescentia foliorumque forma. Multis speciminibus ex diversis locis comparatis non difficile est inventu has minores notas. *S. exarata* rarius tam cespitosa est, quum *S. muscoides* plerumque, quamobrem imprimis formae minus cespitosae *S. muscoidis* cum *S. exarata* confunduntur, deinde praeter optimum characterem nervorum in speciminibus siccatis id est notandum, lobos foliorum *S. muscoidis* esse contiguos, in *S. exaratu* palmatos, in *S. muscoide* folia tironum esse impartita, in *S. exarata* tripartita longis planisque petiolis. Caules *S. muscoidis* plerumque glabri, *S. exaratae* autem glanduloso-pilosi, quamquam haec nota non est gravissima, cum etiam *S. muscoidis* interdum hanc habeat pubescentiam, imprimis forma *moschata*. Petala in utraque specie oblonga sunt, in *S. exarata* oblonga ovata, in *S. muscoide* luteo-viridia et paullo tan-

tum calyce longiora, in *S. exarata* luteo-albida et calyce sesquilongiora. Denique *S. muscoidis* capsula basi est acuta, *S. exaratae* obtusa, atque in fructu *S. muscoidis* sepala tertiam partem, *S. exaratae* dimidiam tubi aequant; in *S. exarata* styli sepala superant, quod non est in *S. muscoide.* Ut haec similitudo inter nostram plantam atque *S. exaratam* multo effecit errores, non minus variabilitas plantae foliis, pubescentia, colore, habitu synonymiam Saxifragarum pervertit, nulla enim altera species ex tribu *Dactyloide* ita variat inter folia partita atque impartita. Invenitur quidem plerumque utraque forma foliorum in eodem individuo atque distinctissimi transitus ab altera forma ad alteram, sed saepissime et imprimis in altioribus regionibus montium cespitosa conspiciuntur individua, quorum omnia folia sunt impartita. Quo accedit, quod planta plerumque glabra interdum tota vel partim glanduloso-pilosa est. Etiam flores luteo-virides interdum in rosaceos vel atropurpureos mutantur. Quae notae si essent constantes, ad species distinguendas conferre possent, at omnium distinctissimi transitus exstant. Certe hoc non impedivit, quin botanici imprimis studerent, ut scientiae quam plurimas afferrent species, quae varietates optime sunt distinguendae.

Nisi *S. exaratae S. muscoides* nulli alteri habitu propinqua est atque etiam eae formae, quarum folia sunt omnia impartita atque linearia, a ceteris sectionis *Dactyloidis* speciebus, quibus semper haec est foliorum forma, et petalis et calyce differunt.

Quod formae quaedam ab auctoribus species sunt factae, recentioris aetatis auctoribus quibusdam eas cum *S. muscoide* esse confundendas persuasum erat neque plurimae harum formarum habent, quod tribuat iis habitum valde differentem a vulgari *S. muscoide;* forma moschata quae differt investimento

glanduloso-piloso ceterum non est diversa, forma integrifolia floribus satis ad *S. muscoidem* pertinere videtur, at floribus quoque inusitate coloratis, ut in *S. atropurpurea* Sternb. primum dubites, praesertim cum desunt transitus. At compluria specimina accuratius contemplatus mox invenies colorem tantum petalorum inusitatum quo differant, formam petalorum, foliorum, fructuum eandem, quam in *S. muscoide.* Exstant quoque hujus varietatis formae glabrae et pilosae, ut vulgaris *S. muscoidis.* Gaudin, qui accuratissime observabat, etiam *S. acaulem* descripsit haud non intelligens, quam propinqua sit *S. muscoidi.* Non dubium est, quin haec planta cum *S. muscoide* confundenda sit, quum forma foliorum et petalorum non differat et pauciflora sit (sunt enim caules plerumque uniflori). Huc quoque *S. pygmaea* Haw. pertinet, quae praeter parvam staturam etiam foliis impartitis discrepat.

Si multi auctores *S. muscoidem S. cespitosam* L. esse putaverunt, hic error multo minor est quam *S. exaratae* confusio cum *S. cespitosa.* Pauca tantum specimina verae *S. cespitosae* L. ad nos perveniunt, ut plurimi diagnosin Linnaei tantum habeant, quae facillime ad *S. muscoidem* referri possit. Etiam quaedam similitudo inter *S. muscoidem* et *S. cespitosam* est, at si quondam veram *S. cespitosam* L. vidisti, nunquam cum *S. muscoide* Wulf. confundes. (Plus dicam de hac re in *S. cespitosa* L.)

Statio. In Alpibus altit. 4000—8000′ (rarius 10,000′) inter lapides.

Distributio. Frequens in Apenninis atque Pyrenaeis, in Gallia in Auvernia, mont. Dore! et in summis Jurae cacuminibus (la Dole, le Reculet!) in totis Alpibus, Pedemontii, Lombardiae, Helvetiae fere ubique! in Alp. Algoviae! Tyroliae! Bavariae! Salisburgiae! Styriae! Austriae! (Schneeberg

bei Wien!) in Sudetis! (Kl. Schneegrube! locus maxime septentrionalis in Germania), in totis Carpathis ex monte Chocs usque ad Scepusium! neque minus in alp. transsilvanicis! (*S. Rhei* Schott!) etiam in Caucaso usque ad 10,000′. In Britannia (Ambleside, Westmoreland). In Asia in monte Ararat, in Sibiria ex Altai monte usque ad oram orientalem inter 60 et 50° sept. Lat. (*S. terektensis* Bunge).

Saxifraga crocea Gaud. in Meisn. Anz. 1818. fl. helv. III, 133! Ser. l. c. 25

Hac planta me deficiente ex Gaudini descriptione tantum mihi judicandum est, ex qua illam plantam speciem esse concedi possit. Gaudin dicit petala vix aequare sepala, inflorescentiam fere cymosam esse. Quare *S. crocea* opposita est *S. muscoidi*, quae glomeratam habet inflorescentiam atque petala calyce longiora. Petala pulcherrime crocea minus gravia sunt.

Statio. In Alpibus Sabaudiae meridionalis detexit Thomas 1817.

Saxifraga obtusifida Don l. c. 13. p. 416. Ser. l. c. 30! quam in nullo herbario vidi secundum diagnosin locum hic habeat, quamvis habitu cum hujus tribus speciebus haud congruat, cum *S. trifurcatae* Schrad. similis esse dicatur.

†† Lobi acuti.

* Caulis adscendens, crassus, multiflorus.

Saxifraga aquatica Lap. l. c. 53. hist. abr. p. 232! Pers. ench. I. 490! Sternb. rev. 48! suppl. II. 80! Haw. l. c. 25.

Syn. *S. adscendens* Vahl. Willd. spec. II. 655! Ser. l. c. 28! Dub. bot. 210. Don l. c. 444. Poir. dict. VI. 695. excl. pl. syn. Godr. et Gren. Fl. de Fr. I. 647! nec Linné!! *S. petraea* Gouan ill. p. 29! nec Linn.!! nec Wulf.

β. *aprica* Godr. l. c.! gracilior ex basi ramosa floribus minoribus.

Icon. Lap. l. c. t. 28 et 29. Gouan ill. t. 17. f. 3! Sternb. rev. t. 19!

Planta multis notis tam insignis, ut vix cum aliis commutari possit. Praecellit enim crasso caule herbaceo, foliis tripartitis, grosse dentatis, longe petiolatis, simillimis foliis Ranunculi reptantis, inflorescentia racemosa saepe secunda, investimento glanduloso atque capsulis inflatis saepe $^1/_2$'' longis. Petala oblonga sepalis duplo atque staminibus tertia parte longiora. Folia caulina saepe gemmas axillares inevolutas habent.

Var. β. omnibus partibus multo minorem et plerumque ex basi ramosam longi petioli deficiunt. Quare *S. petraeae* L. simillima est, a qua tironibus differt.

Vahlio auctore Godron et Grenier etiam nunc contendunt nostram plantam *S. adscendentem* L. esse; sed ex Linnaei observationibus satis constat *S. adscendentem* L. potius *S. controversam* Sternb. esse neque *S. aquaticam* Lap. Dicit Linnaeus Mant. II. 384: „*S. fol. palmatis*, caule dense folioso florigero All. ped. t. 22. f. 3; sed folia minus divisa. Planta viscosa, undique foliosa, caulibus floriferis tantum e summitate.“ Caulis non est dense foliosus in *S. aquatica* neque „folia minus divisa“ in Allionii iconem relata de nostra planta dici potest. Quo accedit quod Allionii ico praebet *S. controversam* Sternb. neque *S. aquaticam* Lap. Etiam clar. Fries specimina *S. adscendentis* L. a Linnaeo collecta reperit eaque *S. controversam* Sternb. esse contendit.

Distributio. In totis Pyrenaeis locis humidis imprimis ad frigidissimos rivulos ex nive aeterna venientes alt. 6—7000'.

** Caulis humifusus pauciflorus.

Saxifraga ajugaefolia Linn. amoen. 4. p. 271. Spec. 578! cod. 3167! Willd. sp. II. 653! Sternb. rev. 46. excl. var. β. suppl. II. 72. excl. var. β. et γ.! Don l. c. 417. Haw. l. c. 28. Ser. l. c. 28! nec Wahlbg. fl. cap. 122!

β. *fimbriata* Ser. l. c.! petalis et calycis sepalis laciniatis DC. fl. fr. 372. in not.! Sternb. suppl. II. 72!

Icon. Lap. fl. pyr. p. 56. t. 31.

Etiam haec species est facile cognoscenda. Eam satis insignem esse, jam id demonstrat, quod non fuit causa augendae synonymiae, nisi Wahlenbergius erravisset de propinqua planta in Carpathis proveniente. Facile recognosci potest tironibus partim florigeris partim sterilibus serpentibus, ex quorum axillis 1 — 5 longissimi pedunculi eminent, deinde staminibus calyce multo longioribus saepissime petala aequantibus. Folia cuneata 3 — 5 lobis acutis distantibus foliisque caulinis plerumque linearibus.

Distributio. Ut prior species in humidis saxis omnium Pyrenaeorum alt. 6000'!

Saxifraga perdurans Kit. fl. hung. in Whlbg. carp. 123! Gris. et Schenk it. 316.

Syn. *S. Wahlenbergii* Ball. bot. Zeitg. 1846. p. 401! *S. ajugaefolia* γ. *carpathica* Whlbg. fl. carp. 122! nec L.! Host fl. aust. I. 512! excl. syn. Sternb. suppl. II. 72!

α. *subglaberrima* Ball. l. c.!

S. Flittneri Heuff. Flora 1854. I. 240. Janka Oest. Bot. Zeitg. 1856. p. 242!

β. *latifolia* Ball. l. c.!

S. Grzegorzekii Janka l. c. 241!

Cum per se non verisimile videatur *S. ajugaefoliam* Pyrenaeorum etiam in Carpathis observari, ut Wahlenbergius contendit, etiam accuratior plantarum disquisitio plan-

tam pyrenaicam et *S. perdurantem* Kit. carpathicam satis inter se diversas esse demonstrat. Sunt enim in *S. perdurante* stamina calycem aequantia neque superantia, etiam ejus vegetatio ab ea alterius valde differt. Proveniunt quidem etiam in hac pedunculi ex axillis, at non sunt tam longi, quam in altera specie neque 4 vel 5 ad basin tironis sed in fine singuli vel bini. Omnino planta cespitosior est, quam *S. ajugaefolia.*

Statio. In alpibus inter saxa alt. 5000′, interdum in valles descendens.

Distributio. In Tatra tantum, dispersa in Alpibus Scepusiis atque Liptoviensibus.

Chocs! Koscielisker Thal! Pissna! Gewont!

Leiten, Durlsberg. Weisser See! Weisse Seespitze.

II. Sepala acuta.

† Lobi obtusi.

Saxifraga cespitosa L. sp. 578! cod. n. 3172! Ser. l. c. 27! Don l. c. 428? Morett. l. c. 21?

Syn. *S. uniflora* R. Brown plant. in ins. Melv. 17?

Icon. Gunn. fl. norv. t. 7. f. 3 et 4!

Koch sub hoc nomine *S. decipientem* Ehrh. et *S. cespitosam* L. conjungens hanc plantam formam Alpium regionisque arcticae esse putat. Mea quidem opinione haec conjunctio non admitti potest, etiamsi differentiae inter plantam arcticam et *S. decipientem* Ehrh. in Medio-Germania crebro observatam parvae exiguaeque sint. Multa specimina contemplatus facile diversum habitum utriusque speciei cernes. *S. cespitosa* L. densum praebet cespitem, ex quo caules pauci 1—3″ alti ascendunt, unum vel 2—4 flores gerentes. Folia sunt cuneata triloba, lobis contiguis obtuse linearibus, glabra, laete viridia atque petiolo leviter carinato. Quae foliorum forma etiam saepe confusionis *S. muscoidis* Wulf.

atque *S. cespitosae* L. causa fuit, a qua differt caule minus ramoso atque forma petalorum, in *S. cespitosa* ovatorum albidorum calyceque plus duplo longiorum, in *S. muscoide* oblongorum, luteorum calyceque paullo longiorum.

At *S. decipiens* Ehrh. minime similis est *S. muscoidi.* Format cespites magnos multis rosulis compositos multosque gerentes caules 4—8″ altos ramosos; flores ab illis *S. cespitosae* magnitudine tantum sunt diversi. At haec planta semper insignis est multitudine tironum sterilium, quorum internodia sunt longissima. Folia habitu ab iis *S. cespitosae* gravissime differunt. Sunt 5 — 9-fida, lobi non contigui sed palmati neque lineares sed elliptici vel lanceolati et acuti. Deinde petiolus plerumque trinervius longis pilis est vestitus, ut interdum folia quoque. Denique foliorum color in hac planta atrovirens, in *S. cespitosa* L. autem laete viridis, quod in speciminibus bene siccatis quoque cernere potes. Koch jure contendit specimina parva *S. decipientis* ab ill. Hampio in Hercynia collecta cum planta arctica congruere et *S. groenlandicae* L. esse tribuenda, at haec forma alpina *S. decipientis* Ehrh. vel *S. cespitosae* Koch non est confundenda cum *S. cespitosa* L., quae cum illa in Scandinavia et Lapponia observatur. Hanc veram Linnaei *S. cespitosam* esse non solum id demonstrat, quod omnia specimina hujus plantae a botanicis scandinavicis collecta nomine *S. cespitosae* sunt significata, sed etiam quod Linnaei diagnosis cum planta ipsa satis congruit. Dicit: „*foliis radicalibus linearibus integris trifidisque, caule erecto subnudo subbifloro*“, quod de *S. cespitosa* Koch vel etiam de *S. groenlandica* L. dici non potest, quae semper immerito cum *S. cespitosa* L. conjungitur. Deinde in Flora suec. II: *folia radicalia in cespitem congesta cuneiformia, obtusa tripartita, desinentia in ungues lineares.*“ Neque folia palmata commemorat

et folia desinentia in ungues lineares in omnibus *S. decipientis* formis frustra quaeras, cum in *S. cespitosa* vera semper cernuntur. Denique dicit: *flos unus, rarius duo, terminalis*" et S. XII. XIII. M. II.: *planta glabra, summis ramulis viscidis.*" *S. groenlandicae* autem vel formae arcticae *S. decipientis* Ehrh., *S. cespitosae α. compactae* Koch sequentia tribuit: „*fol. caulinis palmatis multifidis sparsis, laciniis acutis.*" Sp. I. 404. cod. 3173! Etiam arctica specimina hujus plantae vidi et transitus in *S. decipientem* Ehrh., Linnaeo fortasse ignotam. Haec de plantis ipsis, synonymia simplex est. *S. caespitosae* L. nomen antiquum est tribuendum, at *S. cespitosae* Koch et *groenlandicae* L. nomen *S. decipiens* Ehrh. *S. cespitosa* Helveticorum neutrius speciei est et in hoc Kochii sententia maxime probabilis occurrit *S. cespitosam* Helvet. *S. exaratam* Vill. esse; namque non solum descriptiones hoc demonstrant, sed etiam specimina in Helvetia collecta atque sub nomine *S. cespitosae* L. vulgata. Itaque *S. leucantha* Thomas quoque cum *S. cespitosa* non est confundenda.

Statio. Locis siccis saxosis in montibus zonae septentrionalis temperatae atque polaris.

Distributio. In Norvegia: Dovrefjeld! Gederyggen! in Suecia in alpibus Herjedalen! Lapponia: Nammatchs! in Lapp. orientali ad Keset! in Fennia! in Loffodis! in insula Spitzbergen ad Magdalenenbay! in America boreali in montibus: Rocky mountains! alt. 7000′.

Saxifraga biternata Boiss. Voy. bot. en Esp. 689. t. 64 A. Hispida, caulibus subramosis caespitosis, foliis radicalibus longe petiolatis biternatis, lobis rotundatis obtuse dentatis, caulinis 2—5-fidis, floralibus indivisis, ramis pauciflоris, calycis laciniis oblongis acutiusculis tubo sphaerico duplo lon-

gioribus, petalis multinerviis spathulatis submarginatis, calyce duplo longioribus.

Hujus plantae specimina non vidi, sed secundum diagnosim bona species esse videtur.

Distributio. In montibus altis Hispaniae.

†† Lobi acuti.

Saxifraga decipiens Ehrh. Beitr. V. 47.

Hujus plantae notae jam ex iis, quae supra de *S. cespitosa* dixi, apparent. Exstat magnus numerus formarum hujus plantae, quae tamen ad eundem habitum referri possunt. Formae angustifoliae saepe *S. hypnoidi* similes sunt, quacum etiam confundebantur, at differunt gemmis axillaribus deficientibus in *S. hypnoide* gravissimis, deinde petiolo plano in *S. hypnoide* subtus inflato. Denique in *S. hypnoide* folia sunt mucronata atque in gemmis membranacea. Plantae nostrae variabilitas multis auctoribus causa fuit novarum specierum distinguendarum, paucae tantum varietates sunt agnoscendae, sed quidam, ut Schleicherum afferam, eo levitatis processerunt, ut omnibus formis cultura partis minime diversis nomina nova darent. Huic accedit, ut Schleicher minimi aestimaret, unam eandemque plantam cultam alteri botanico sub hoc, alteri sub illo nomine mittere vel etiam sub eodem nomine diversas formas. Itaque multarum specierum a Schleichero descriptarum ratio non habenda est, cum ne specimina quidem ab eo ipso collecta prodesse possint. Sed Schleicheri operibus omissis, jam magnus numerus formarum et synonymorum est enumerandus.

Syn. *S. rosacea* Moench. meth. 106. *S. hibernica* Haw. l. c. 29. *S. platypetala* Smith trans. linn. soc. 10. p. 391. comp. fl. brit. 76. Engl. Bot. t. 2246. Don. l. c. 412. *S. quinquedens* Haw. syn. succul. 325. Sax. 30. Ser. l. c. 53! Engl. Bot. 2276.

α. monticola mihi! = *S. cespitosa β. laxa* Koch Syn. 275!

α. angustiloba mihi! foliis acuminatis.

S. sponhemica Gmel. fl. bad. 2. p. 224. M. K. Deutschl. Fl. 3. p. 151! Koch Syn. 302. Godr. et Gren. 1. 653. *S. cespitosa γ. sponhemica* Koch in F. Schultz Fl. gall. et germ. exsicc. 1840. Introd. p. 5. Fl. Pfalz. 1845. p. 172. Arch. de fl. fr. 1848. p. 110. *S. condensata* Gmel. l. c. 226. *S. hypnoides* Dub. bot. 210. *S. palmata* Lej. fl. Spa. 191. Lois. gall. 1. 200. *S. hypnoides* var. *β. γ.* Ser. l. c. 31! excl. syn. *S. bohemica* Panz. *S. confusa* Lej. *S. flavescens* Sternb. suppl. l. 13! *S. laevis* Haw. l. c. 30. nec M. B. *S. uniflora* Sternb. suppl. I. 13. Spr. syst. II. 371! *S. decipiens ε.* Gmelini Sternb. suppl. II. 76!

α. Foliis obtusis; varia mihi!

1. fol. glabris = *S. palmata* Panz. in Sturm l. c. 27!

2. fol. ciliatis.

S. Sternbergii Willd. berol. 1. p. 462. Sternb. rev. 56! Don l. c. 424. Spr. syst. 2. 370. *S. intermedia* Tausch in Link en. hort. berol. 1. p. 415. *S. hirta* Haw. miss. nat. p. 164. Sax. 32. Don h. cant. ed. V. 507. *S. palmata* Smith II. 456. Engl. Bot. 455. *S. Steinmanni* Tausch hort. canal. dec. 1. descr. et ic.

3. fol. villosis.

S. hypnoides ϑ. villosa Walk. Ann. et Ser. l. c. 32. excl. syn. omn.! *S. villosa* Willd. ex hort. berol. I. 464. Poir. dict. suppl. V. 75.

β. arctica mihi!

S. groenlandica L. sp. 578. nec Lap., nec DC. Prodr.! *S. cespitosa α. compacta* Koch et autor.!

Icon. Sternb. rev. t. 23! Engl. Bot. t. 455. t. 2276. t. 2291. Gmel. l. c. t. 3. Sternb. suppl. I. t. 9! Sturm l. c. 26. t. 10!

Statio. In montibus humilioribus locis liberis atque in silvis frondosis.

Dstribntio. In parte occidentali Europae ex Gallia usque ad Juram: sous le fort Blind au dessus de Salins, à la source des Planches près d'Arbois (S. sponhem.), in Vogesis! in Bohemia: Prag! Bilin! Milleschauer! frequens in Moravia. Tiefenthal ad Blaubeuren! Königsbronn! Elsterthal ad Plauen! In Silesia planta ad pagum Doernikau prope montem Heuscheuer orientalem habet finem! ibique in faginaceis umbrosis. Frequentissime occurrit planta in Hercynia ibique forma typica: Unterharz! Bodethal! Rosstrappe! Rübeland! Palatium Rhenanum: montes ad fluvium Nahe! inter Burgsponheim et Winterburg! Irzweiler. Niederalben. In Belgia: Lüttich, Spaa, Pont Chiny, Herbeaumont, Bouillon, Fays-les-Veneurs. Luxemburg: Viandem! In Palatio Rhen. atque in Belgia imprimis forma angustiloba crebrius conspicitur, quae antea species *S. sponhemica* et *S. condensata* Gmel. distincta est, at Kochii judicio et botanicorum Rhenanorum forma *S. decipientis* Ehrh. est, neque praeter folia fere mucronata differentiae inter hanc et illam non exstant. Planta Luxemburgensis *S. hypnoides* putabatur, sed ex speciminibus originalibus, quae auxilio Dr. Aschersoni accepi, hanc plantam *S. decipientem* esse dijudicavi. Occurrit quoque planta in montis Bairuthicis, ad Scharfenberg, inter Hassiam et Westphaliam. In Norvegia: Hoolandsfjeld! Modum! in Suecia boreali in Dovrefjeld! Britannia: Idwell, Carnarvonshire, Islandia! Groenlandia!

In norvegicis speciminibus optime transitum formae montanae in alpinam vel arcticam observes, quae a Linnaeo *S. groenlandica* descripta est, etiam in Hercynia haec forma a clar. Hampe locis altis expositis observata est, unde ipse

vidi specimina congruentia cum arctica forma *S. groenlandica* L. Ex Islandia atque Groenlandia vidi tantum formam *β*.

Saxifraga trifurcata Schrad. hort. Goett. fasc. 1. p. 13. Sternb. rev. 49! suppl. II. 71! Haw. l. c. 27. Ser. l. c. 30!

Syn. *S. ceratophylla* Ait. h. Kew. ed. 2. vol. 3. p. 70. Sternb. rev. 60! Don l. c. 416. Haw. l. c. 27. Spr. syst. 2. p. 368. *S. cuneata* Willd. sp. II. 658! Poir. dict. 6. p. 700. Pers. ench. I. 489. Ser. l. c. 29! Sternb. rev. 12! suppl. II. 95!

Icon. Schrad. l. c. t. 7. Bot. Mag. t. 1651.

Haec species foliis tam insignis est, ut non difficile sit cognoscere. Folia sunt rigida longe petiolata, viscida, trifurcata lobique lanceolati mucronati. Planta quam cultam tantum vidi constantissima videtur esse nec unquam varietates observavi. Nusquam annotationes accuratiores de hujus plantae loco occurrunt, sed constat patriam esse Hispaniam.

Saxifraga Camposii Boiss. et Reut. 1852. pag. 47.

Syn. *S. almeriensis* Willk. ined. pl. exsicc. (1845.) p. 1224.

Haec species duabus antecedentibus dissimilis est. Folia cuneata, sessilia, 3—5-loba, lobis acutis, glabra, 3—5-nervosa, quod in speciminibus siccatis distinctissime cernitur. Folia caulina sunt lanceolata, caulis crassus atque $^1/_4$—$^1/_3$′ altus. Sepala lanceolata mucronata, in florescentia tubo duplo longiora, petala oblonga rotundata.

Distributio. In Alpibus in meridie Pyrenaeorum sitis in fissuris umbrosis alt. 5000—6000′. Almeria, Granada. Pars septentrionalis Sierrae de Maria atque Sierrae de la Sagra, Loje Sierra Nevada!

β. In axillis foliorum tironum atque in fine tironum gemmulae involutae.

Species huc pertinentes a ceteris gemmulis inevolutis satis sunt distinctae. Quae gemmae ex multis plerumque mar-

gine membranaceis cataphyllis terminum axis inevolutae claudentibus compositae sunt. Gemmulae non solum in axillis tironum, sed etiam inevolutae tirones forma gemmarum inter folia radicalia sunt. Omnes species in Hispania meridionali, observantur *S. hypnoides* tantum etiam in regionibus septentrionalibus occurrit. Minus amant altos montes, quam potius humiles calcareos alt. 3 — 4000'.

† Gemmarum foliola lanceolata vel fere linearia subtus carinata et mucronata.

Saxifraga hypnoides L. sp. 519! cod. 3176! Poir. dict. 6. p. 698. Sternb. rev. 45! suppl. II. 79! Don l. c. 447. Haw. l. c. 24. Mor. l. c. 24. Ser. l. c. 31! excl. plur. syn. β. et γ.

α. *gemmifera* Ser. l. c.! foliis indivisis, axillis gemmiferis.

β. *viscosa* Don l. c. 447. Sternb. suppl. II. 79!

S. incurvifolia Don l. c. 423.

γ. *Schraderi* Sternb. suppl. II. 79! fol. remotiusculis 3 — 5-fidis, lobis angustis divaricatis.

S. Schraderi Sternb. suppl. I. 11! Spr. syst. II. 368. *S. laetevirens* Don l. c. 451. Ser. l. c. 32!

δ. *elongella* Ser. l. c.! fol. surculorum subglabris confertis cuneiformibus tridentatis, caule paucifloro. *S. latifolia* Don l. c. 420. *S. denudata* Don l. c. 421. *S. affinis* Don l. c. 275. *S. laevis* Don cat. ed. 5. p. 107.

ε. *muscosa* Don l. c. 447. Sternb. suppl. II. 79! *S. leptophylla* Pers. ench. 1. p. 490. Don l. c. 450. *S. platypetala* Smith Engl. Bot. t. 2276. *S. sponhemica* Panz. nec Gmel. ex Koch.

ζ. *spathulata* Ser. l. c. 32! Haw. l. c. 33. Sternb. suppl. II. 79! *S. spathulata* Haw. misc. nat. 168. *S. crateriformis* hort. Tab. Lap. fl. pyr. p. 57. t. 32. Sternb. suppl. p. 16. t. 8! Oed. fl. dan. t. 348. Smith Engl. Bot. t. 2276.

Planta normalis a ceteris speciebus tam distincta est, ut confusio fieri non possit. Cultura hujus speciei hortulanis et aliis, ut Schleichero, occasionem dedit nomina dandi, nisi ars jam in formis *S. decipientis* Ehrh. exhauserat. In *S. hypnoide* diutius culta prima gemmarum folia evolvuntur, gemma minor videtur, quam solet, foliola nondum membranacea sed chlorophyllosa sunt, interdum tota gemma evoluta rami secundarii oriuntur. Tamen tales varietates in cultis tantum speciminibus observavi. Planta semper est recognoscenda gemmis membranaceis axillarium atque terminalium ramorum, petiolis subtus inflatis foliisque palmatis profunde 5-fidis, nervosis, mucronatis. Formae foliorum nostrae speciei formae angustifoliae *S. decipientis* Ehrh. (*S. sponhemica*) proxime accedunt quare gravioribus notis neglectis facile duae species confunduntur. Tali in confusione causa posita est, quod *S. hypnoides* prope Luxemburg et Viandem esse dicitur. Inde vidi specimina, quae ad *S. decipientem* Ehrh. pertinent. At *S. hypnoides* vera ibi occurrere potest, in Germania certe non est spontanea.

Statio. In humidis fissuris montium calcareorum Europae occidentalis.

Distributio. Sabaudia, Hispania in Pyrenaeis imprimis prope mare sitis (Cambredases, Vallée d'Eynes, Llaurenti, Port de Bénasque etc.), in Gallia: in Cevennis! montes ad Lifornet (commune de St. Géry!), Roche-Talle près de Vienne, Dauphiné, Auvergne, St. Mart, Gravenvire, Laschampt, Rendanne, mont Dore! Puy de Dôme! Thesac, montagnes du Cantal, chaine du Forez, Lozère! Toulon! Marseille, Montpellier, Narbonne, Perpignan, Callioure.

In Belgia: Lüttich, Namur, Chaud, Fontaines.

Britannia: Yorkshire! mountains of Derbyshire, Westmoreland, Wales. Scotia! (Lindrathen). Irlandia!

†† Gemmarum foliola ovata, acuta, non carinata.

* Sepala acuta.

Saxifraga gemmulosa Boiss. in Bibl. univ. Génèv. 1838. Febr. Elench. 16. Voy. bot. en Esp. 690. t. 64. fig. *A.*

„Cespitosa delicata perennis, inter petiolos foliorum radicalium gemmifera, fol. radicalibus longe petiolatis palmato-tripartitis, partitionibus lateralibus bilobis, lobis 2-fidis, intermedia 3-loba, supremis subsessilibus trilobatis vel integris, omnibus partitionibus rotundatis obtusis, caulibus 2—5-pollicaribus fragilissimis et petioli, pilis raris glandulosis adspersis, apice paucifloris, pedunculis longis, post anthesin cernuis, calycis basi glandulosi nigro-viscidi laciniis ovatis acutiusculis, petalis obovatis albis tristriatis calyce duplo longioribus.“

Statio. In fissuris umbrosis alt. 2000—4500′ in Hispania meridionali: Sierra d'Estepona! Sierra Bermya! Granada.

** Sepala obtusa.

A. Caulis non gemmiferus, gemmae in basi tantum eminent.

Saxifraga Haenseleri Boiss. et Reut. en Boiss. voy. bot. App. p. 730.

„Perennis glanduloso-viscosa, basi gemmifera, fol. radicalibus cuneatis in petiolum brevem attenuatis inciso-5-fidis, caulinis paucis sessilibus cuneato-linearibus 3-fidis vel integris, caule humili superne ramoso, ramis patentibus divaricatis 1—2-floris, floribus longe pedunculatis, calyce glanduloso hemisphaerico, ultra medium 5-fido, lobis ovatis obtusis, petalis obovatis obtusis tristriatis calyce triplo longioribus, capsula subglobosa calyce ea dimidio breviore coronata.“

Statio. In Hispania meridionali: San Cristoval alpinae regionis.

B. Caulis in axillis gemmiferus.

Saxifraga Reuteriana Boiss. Voy. bot. App. 734.

Perennis cespitosa tota pilis crispulis viscidulis pubernla,

caulibus brevissimis subnullis, gemmis axillaribus numerosissimis breviter stipitatis basi subattenuatis globoso-capitatis obtusissimis folia aequantibus, fol. radicalibus breviter petiolatis, limbo ovato rotundato transverse latiori ad basin usque trifurcato nervoso, laciniis lateralibus cuneatis, ad medium usque divaricato-bipartitis, media indivisa aut breviter bifida foliis gemmarum imbricatis oblongis obtusis integris, scapis brevibus 1—2-floris, foliis minimis linearibus paucis obsitis, calycis breviter hirto-glandulosi laciniis ovato-rotundis obtusissimis tubo sphaerico vix longioribus, petalis obovatis trinerviis obtusis rotundatis calyce sesquilongioribus.

Cujus et praecedentis speciei specimina quum ad manus mihi non essent, non habeo, quod uberius referam. Videtur mihi haec planta secundum diagnosin a *S. erioblasta* Boiss. non valde differre.

Statio. In Hispania in montibus meridionalibus supra Grazilema.

Saxifraga globulifera Desf. fl. alt. I. 342. Poir. dict. VI. 699. Sternb. rev. 45! suppl. II. 79! Don l. c. 446. Haw. l. c. 34. Ser. l. c. 31!

Syn. *S. granatensis* B. et R. pug. pl. nov. 46.

Icon. Desf. l. c. t. 9 b. f. 1.

β. minor. Sternb. suppl. II. 79.

S. globulifera β. gibraltarica Ser. l. c. 31!

S. gibraltarica Boiss. et Reut. pug. pl. nov. (1852.) p. 47.

γ. major.

S. oranensis Munby Bullet. de la soc. bot. de Tr. II. 284.

Haec planta habitu *S. hypnoidi* simillima est, at sepalis obtusis gemmarum, foliolis haud mucronatis saepe rotundatis stylisque calyce brevioribus, in *S. hypnoide* calyce majoribus valde distat. Saepe etiam in hac planta gemmulae terminales

in fasciculum evolvuntur compositum ex foliolis ovatis, quare planta proprium quemdam habitum accipit. Folia sunt spathulata in longum petiolum angustata nervosa atque acuta; nunquam mucronata, qualia in *S. hypnoide* occurrunt, observantur. Specimina *S. gibraltaricae* Boiss., quae vidi in herbario Berolinensi, lobis angustioribus tantum minoribusque dimensionibus diversa sunt.

Distributio. In Hispania meridionali. Sierra de Yunquera! Sierra de Mijas! de Lujar alt. 1000′ in rupibus calcareis.

Saxifraga erioblasta Boiss. et Reut. diagn. ser. II! *S. spathulata* Boiss. voy. Esp. nec Desf. fl. atl. 1. p. 342. t. 96.

Clariss. Seringe speciminibus vivis quidem observatis, quae Desfontaines cum illo communicaverat, primum censuit hanc speciem cum *S. globulifera* Desf. conjungendam, tum vero secundum diagnosem intellexit, eam potius ab illa separandam esse. Secundum diagnosem folia densa spathulata ciliata impartita vel paulum incisa sunt lobique obtusi Pauca quae vidi specimina has notas habent atque a *S. globulifera* facillime distinguuntur.

Saxifr. globuliferae petioli multo longiores et angustiores sunt quam *S. erioblastae* foliaque profundius incisa, deinde illius gemmae non sunt tam dense ciliatae, quam *S. erioblastae* Boiss. Prius nostra planta cum *S. spathulata* Desf., quae in cacumine Atlantis occurrit, congruere putabatur; Boissier autem in Boiss. et Reut. diagn. ser. II. contendit plantam Hispanicam ab Africana diversam esse: gemmis majoribus, petiolis crassioribus, floribus majoribus petalisque latioribus, quae notae non satis demonstrant, opinionem illam verisimilem esse.

In DeCand. Prodromo juxta *S. spathulatam* etiam varietas *arctica* Ser. ex insula Melville allata describitur.

Errorem esse puto, cum vix credibile sit plantam tribus omnino in parva regione zonae temperatae distributae in arcticis illis regionibus existere.

Distributio. In Hispania meridionali in provincia Granada, Sierra Alffara! S. Tejada, S. Nevada, S. de Lujar, S. de Baza.

2. *Folia impartita, vel pauca tantum partita.*

Transitum alterius majoris sectionis in hanc sectionem efficit *S. muscoides* Wulf., cujus formae nonnullae eodem jure huic sectioni tribui possint, ac *S. planifolia* Lap. quum autem folia non partita in *S. muscoide* sint modificata tantum ex partitis eaque rariora, haec planta in altera sectione est ponenda. Confusiones illarum formarum cum speciebus hujus sectionis vix fieri possunt, quum etiam aliae graves differentiae existant inter *S. muscoidem* Wulf. atque has species. Omnino species hujus sectionis minus variabiles sunt quam illius itaque facilius cognoscentur.

a. Sepala obtusa.

† Caulis foliosus, folia linearia.

Saxifraga planifolia Lap. fl. pyr. 31. Sternb. rev. 28! suppl. II. 63! Haw. l. c. 35. Morett. l. c. 17. Ser. l. c. 24!

Syn. *S. muscoides* All. fl. ped. II. 70. excl. syn. *S. tenera* Sect. fl. helv. 1. p. 245. Vill. fl. delph. 3. p. 666. Don l. c. 410. excl. syn. Col. *S. planifolia citrina* Gaud. syn. sax. l. c. 66. fl. helv. III. 113. *α. β.*!

Icon. All. l. c. t. 61. f. 2! Sternb. rev. t. 7. f. 3! t. 96. f. 3!

β. trifida Gaud. l. c. 66! fl. helv. III. 114! Ser. l. c. 24!

Species optime distincta, facile cognoscenda petalis ovatis saepe excavatis, calyce duplo longioribus. Folia oblonga, obtusa, trinervia et saepe cinerea vel thalassina. Quae notae

etiam a formis proximis *S. muscoidis* Wulf. nostram plantam distinguunt.

Distributio. In summis cacuminibus alpium ad nives aeternas alt. 7—10,000′.

In Pedemontio in Monte Cenisio! l'Acqua vimia, Valtellina, in Alpibus ad Senevedo, Vergy! In totis Pyrenaeis, sed nusquam crebro occurrit. In Helvetia (Wallis! Graubünden, Glarner Alpen, Vallée de Bagnes! M. Rosa! (var. *citrina*), Col de la Fénêtre). Tirol (Brenner, Zuring in valle Fuscherthal). Salisburgia (Gastein, Rathhausberg, Bockhardt). Austria (hohe Twiel).

Saxifraga Facchinii Koch in Flor. ann. 1842. p. 624!

Syn. *S. planifolia β. atropurpurea* Koch Syn. 1838. p. 276!

Species quam prius clar. Koch varietatem *S. planifoliae* esse recensuit ab illa paulo differt et habitu humilibus formis illius proprius accedit. Sed differt imprimis petalis cuneatis, calyce haud longioribus, in *S. planifolia* obovatis calycem aequantibus, deinde pedunculo brevi unifloro usque ad florem folioso petalisque plerumque purpureis.

Distributio. In rupibus altissimarum Alpium alt. 7000—8000′, raro. Plattkofel der Seiseralp in Tirol! Rosengarten! Schleern!

†† Caulis nudus.

* Petala calyce duplo vel plus longiora.

Saxifraga androsacea L. sp. 571! cod. 3142! Sternb. rev. 42! suppl. II. 64! Don l. c. 408. Haw. l. c. 35. Morett. l. c. 14. Ser. l. c. 24! Spr. syst. II. 367. excl. syn.

Syn. *S. tenera* Sternb. rev. t. 9b. excl. descr.! *S. pyrenaica* Scop. fl. carn. 296. *S. tridens* Jan. in litt. *S. depressa* Sternb. rev. p. 42! suppl. II. 64! Haw. l. c. 31. Ser. l. c. 24!

β. tridentata Gaud. Syn. Sax. in Meisn. Anz. 1818. p. 67. fl. helv. III. 115! Ser. l. c.!

S. pyrenaica Scop. l. c. *S. androsacea latifolia* Sternb. suppl. 11! *S. andros. trifida* Haw. l. c. 35. *S. depressa* Sternb. l. c.!

Icon. Col. ecphr. II. t. 67. fig. ultima. Hall. it. helv. 69. t. 2. Sternb. rev. t. 9b.! 11a. f. 4 et 5! suppl. I. t. 7! Jacq. fl. aust. t. 389! Scop. fl. carn. t. 16. Sturm l. c. 33. n. 13!

Haec species, quamvis maxime distributa sit atque crebro occurrat in Alpibus, constantissima est, quare paucae tantum varietates existunt. Memorabile est etiam in hac specie interdum specimina foliis partitis vel foliis longius petiolatis inveniri, quibus notis Sternbergii *S. depressa* praecellit.

Statio. Locis humidis saxosis Alpium altissimarum, alt. 5—7000′, etiam ad nives aeternas.

Distributio. In Italia: in Monte Alto, in Alpibus Liguriae occidentalis, Col delle Finestre, Montalon in Valsugana, M. Cornu! in Pedemontio in M. Cenisio! Per totas Alpes Helvetiae! Tirolis, Salisburgiae! Bavariae! Carinthiae! Styriae! Carnioliae! Austriae inferioris! (Schneeberg ad Vindebonum!). In Carpathis centralibus haud raro! neque minus in Carpathis Transsilvanicis (Butschetsch! Arpasch!). In Bithynia in cacumine Olympi. In Pyrenaeis frequens!

Asia. In Sibiria ad lacum Baicalensem.

In parte occidentali Americae borealis.

** Petala calycem aequantia.

Saxifraga Seguierii Spr. nov. pl. cent. 40. Sternb. suppl. II. 63! Haw. l. c. 36. Mor. l. c. 16. Ser. l. c. 25!

Syn. *S. sedoides* Whlbg. fl. helv. 79. excl. plur. syn. DC. fl. fr. suppl. 518. excl. pl. syn. Don l. c. 408. partim. *S. planifolia γ. Seguierii* Sternb. rev. 28! Poll. fl. ver. 2. p. 23. *S. angustifolia* Hall. fil. in Ser. herb. post. n. 289.

Icon. Seg. ver. 1. t. 9. f. 3. Sternb. rev. t. 9 b.!

Proxima quidem priori speciei, sed diversa est. Notae sunt folia angustiora semper integra, pedunculi breviores plerumque uniflori petalaque oblonga etiam sepalis angustiora, in *S. androsacea* sepalis duplo longiora et latiora.

Distributio. Inprimis in parte meridionali Alpium (M. Rosa, Col de la Fénêtre, la Stelvio in Valtellina, Valsassina, M. Baldo, Montalon etc.), in Helvetia! frequenter occurrit in Tyroli! atque in Styria.

b. Sepala acuta.

† Petala linearia.

Saxifraga aphylla Sternb. rev. Sax. 40! (1810) suppl. II. 62!

Syn. *S. stenopetala* Gaud. in Meisn. Anz. 1818. p. 70. fl. helv. III. 132! Ser. l. c. 24! *S. uniflora* et *leptophylla* Froelich. *Muscaria stenopetala* Haw. l. c. 39. *S. sedoides* γ. Don l. c. 408. excl. syn. Whlbg.

Icon. Sternb. rev. t. 11 b. f. 3! Sturm l. c. 33. n. 11!

Simillima *S. sedoidi* L., at satis distincta petalis angustis linearibus, qualia sola in *S. paradoxa* Sternb., ceterum diversissima planta, conspiciuntur. Nomen *S. aphylla* a Sternbergio plantae inditum est ineptissimum quidem, quum planta dense foliosa sit, sed necesse est, ut prioritatis causa retineatur.

Statio. Inter saxa Alpium altissimarum, 7—9000′.

Distributio. In Helvetia in Alpibus Bernensibus atque Graubündtnensibus! in Alp. Glarinosis et Abbatocellanis, in Algovia, in Alp. Rhaeticis (Wormser Joch!), in Tyrole meridionali in Alp. Rattenburgensibus! Sollstein ad Insbruck! Teufelsbrücke! Lavatscher Joch! Alpes Salisburgenses! Styria! Bavaria! (Karwandel! 9000′), in Alpibus Austriae superioris

(Kl. Brühl! Schneealpe!) atque in Austria inferiore (Kaiserstein des Schneeberges).

†† Petala non linearia, sed obovata vel lanceolata.

* Petala calycem aequantia vel calyce breviora.

Saxifraga sedoides L. sp. 572! cod. 3145! Sternb. rev. 27! Don l. c. 408. excl. *S. Seguerii* et syn. Seg. var. 450. et var. γ. Morett. l. c. 15. Haw. l. c. 35. Spr. syst. II. 368. excl. syn. *S. Seguierii* Ser. l. c. 23!

Syn. *S. trichodes* Scop. fl. carn. 295! *S. aphylla* Ten. prodr. fl. neap. app. 4. p. 21. excl. syn. *S. androsacea* Camolli prodr. p. 78. excl. syn. *S. saginoides* Froel.

Icon. Seg. ver. 3. p. 203. t. 5. f. 3. Wulf. in Jacq. misc. 2. t. 21. f. 22! Sternb. rev. t. 7. f. 2. a. b.! (petala male). Sturm l. c. 35. n. 10. a. b. c. d. e.! Scop. l. c. t. 15!

Statio. In summis rupibus Alpium.

Distributio. In Italia in monte Codero pr. Leco, Legnone, Baldo! in montibus Tridentinis, Fiemme, Vitti di Feltre, in cacumine montis Cornu; in Lombardia in valle Visunza, M. Paralba, Alpes Larenses. In Pyrenaeis orientalibus (Vallée d'Eynes, Cambredases). In Helvetia M. Vergy ad Genevam, in valle Sassina Helvetiae italicae! Schleern in Tirol! Pustathal! Alpes calcareae ad Lienz! Styria. Carinthia, Salisburgia, Carniolia! Transsilvania, Croatia.

In Sibiria orientali inter Jakutsk atque Ochotzk?

Saxifraga Hohenwarthi Sternb. rev. 26! Host. fl. aust. I. 506! Haw. l. c. 36.

Syn. *S. sedoides β. brevipes* Sternb. suppl. II. 61!

β. purpurea Sternb. rev. 27!

S. sedoides γ. purpurea Sternb. suppl. II. 61! *S. sed. γ. colorata* Sternb. rev. 27! *S. sed. β. Hohenwarthi* Ser. l. c. 23!

Icon. Sturm l. c. 33. n. 6! Sternb. rev. t. 7. fig. media! t. 9 b. f. 2 et 3!

Haec species a praecedenti non valde distincta est, quam ob rem scriptori dubium exstitit, utrum plantae inter varietates an species locum daret. *S. Hohenwarthi* foliosum, *S. sedoides* aphyllum caulem habet, petala illius sepala aequant, petala hujus non aequant.

Distributio. Rarior quam altera. In Styria, Carniolia, Shtorhez, Carinthia! Baba Ortatscha, Koroschitza in valle Loibl! Tirol (Schleern) Transsilvania.

Observatio. Putavi etiam *S. glabellam* Bert. in hac sectione esse ponendam, quam rationem DeCand. in Prodromo adhibuit; sed speciminibus disquisitis, quae clar. Al. Braun benevolentissimo animo observanda mihi praebuerat, ad aliam sententiam adductus sum. Eandem fere speciem atque *S. patens* Gaud. praebet, a qua inopia tantum investimenti calcareo-crustacei differt. Neque minus nostra planta *S. aïzoidi* L. similis est. Quamobrem puto hanc plantam speciem non esse, sed *hybridam S. caesiae* et *S. aïzoidis* eamque formam *S. aïzoidi* propiorem, *S. patens* Gaud. vero forma est propius ad *S. caesiam* accedens. Quod in Abruzzis planta rarissime tantum occurrit, non minus hybriditatem ejus verisimilem reddit.

Plantae hybridae sectionis Dactyloidis.

Saxifraga ajugaefolia et aquatica. *S. capitata* Lap. fl. pyr. 55. t. 30. et abr. 232! Dub. bot. 218. *S. ajugaefolia* var. *β.* DC. fl. fr. 4. p. 371! *S. adscendens* var. *γ.* DC. l. c.! Quum Candolleus plantam nostram et *S. ajugaefoliae* L. et *S. aquaticae* Lap. adscribat atque alii auctores de loco plantae dando inter se discrepent valde probabile occurrit, plantam hybridam esse illarum specierum, quae in Pyrenaeis tam frequen-

ter observantur, praesertim quum nusquam nisi conjuncta cum speciebus illis duabus inveniatur. Etiam, quod ad notas attinet planta inter illas locum medium tenet.

S. ajugaefolia L.	*S. capitata* Lap.	*S. aquatica* Lap.
Flores pedunculis longis axillaribus.	Pedunculi axillares.	Flores in panicula terminali.
Petala calyce duplo longiora, oblonga.	Petala calyce triplo longiora, obovata.	Petala calyce triplo longiora, obovata.
Stamina petala fere aequantia vel dimidia aequantia.	Stamina tertiam partem petalorum aequantia.	Stamina tertiam partem petalorum aequantia.
Rami indeterminati humifusi rosulis terminalibus.	Rami indeterminati rosula terminali eaque robustiore, quam in *S. ajugaefolia*.	Rami determinati simplices saepe ramosi maxime foliosi panicula terminali, basi humifusi.

Saxifraga aphylla et **planifolia.** *S. Mureti* Rambert in den Verhandl. d. schweiz. naturf. Gesellsch. bei ihrer Vers. zu Samaden **1863.**

Crescit in cespitibus numerosos caules florigeros ramosque steriles gerentibus basi foliis siccatis. Folia radicalia pallide viridia, glanduloso-ciliata subtus punctata, ut in *S. planifolia*, mox oblonga et impartita, mox cuneata et trifida, tribus nervis in foliis exsiccatis. Caules florigeri 1″ alti, glandulosi, longitudine diversa, ramosi. Pedunculi 1- vel 2-flori, inflorescentia cymosa tribus vel sex floribus. Calyx glandulosus sepalis latis leviter nervosis. Petala sepalis duplo angustiora et longiora, lineari-lanceolata, alba. Stamina basi dilatata, calycem aequantia. Quibus notis planta locum medium tenet inter *S. planifoliam* et *S. aphyllam.* Folia in speciminibus diversis et *S. planifoliae* et *S. aphyllae* foliis similia videntur. Quod ad formam, petala ejus et *S. aphyllae* Sternb., quod ad magnitudinem, petala ejus et *S. planifoliae* Lap. inter se congruunt. Utrique formae iidem flores sunt. Inflorescentia prorsus media est inter eas *S. aphyllae* Sternb. et *S. planifoliae* Lap. Plantae a Rambertio nonnulla specimina tantum inter parentes inventa sunt, quorum alterum *S. planifoliae*, alterum *S. aphyllae* propius accessit.

Pars III.

Pflanzengeographische Betrachtung des Genus Saxifraga.

Die Zahl der existirenden Arten ist bedeutend, lässt sich aber natürlich nicht genau bestimmen, wenn man sie nicht sämmtlich gesehen hat, da sich in diesem Genus, wie in vielen anderen, die Artenmacherei manche Ausschreitungen erlaubt hat, und bei der grossen Seltenheit und dem localen Vorkommen mancher Arten auch die Vergleichung sehr schwer hält, wozu noch kommt, dass die Grenzen für den Formenkreis einzelner Arten sehr schwer zu bestimmen sind. De Candolle führt in seinem Prodromus (1830) 150 Arten auf, der später (1832) erschienene 2te Supplementband zu Sternberg's prachtvoller Monographie der Saxifragen, von Presl bearbeitet, enthält 181 Arten, jetzt, nachdem eine grosse Anzahl neuentdeckter Arten hinzugekommen ist, giebt man ihre Zahl auf 250 an, bei einiger Sichtung aber und soweit ich in Ermangelung von Exemplaren nach Diagnosen und Abbildungen urtheilen kann, werden kaum mehr als 230 gute Arten beschrieben sein. Diese sind zum grössten Theil den Hochgebirgen angehörig, wenige Arten bewohnen niedrige Gebirge, und die Zahl der in der Ebene auftretenden ist ziemlich gering. Was die Vertheilung der Arten auf die verschiedenen Erdtheile betrifft, so kommen auf Europa 98 Arten

ohne Bastarde und Varietäten *). Nymann zählt in seiner Flora europaea 104 Arten auf, doch reducirt sich diese Zahl bei genauer Sichtung, selbst wenn noch einige andere dort nicht aufgeführte Arten dazu kommen, auf 98. Auf Nordamerica kommen nach meiner Berechnung 65, auf Südamerica 7, auf Asien 75 und auf Africa 4 Arten, bei diesen Erdtheilen werden sich natürlich nach genaueren Forschungen die Zahlen ganz anders stellen, besonders dürfte dies bei Asien der Fall sein.

striolatisque basin versus paucivaginatis; vaginis saepius elongatis angustissimis e dorso brevissime lanceolato-acuminatis, superiore v. binis superioribus plerumque tantum foliiferis; foliis *tenui-membranaceis* planis superne carinatis breviter acuminatis saepiss. brevibus, $^1/_2$ — 3 poll. lg., $^1/_2$ — 1 lin. lat., nonnunquam vero multo longioribus; involucro 3 — 4-phyllo, phyllis 1 — 4 poll. lg., duobus patentissimis; capitulo solitario, v. raro binato, subgloboso v. interdum cylindraceo-ovato *parvo*, 2 — $2^1/_2$, raro 3 lin. crasso; spiculis 1 — $1^1/_2$ lin. lg. patulis ovato-oblongo-lanceolatis basi vix parum obliquis turgidulis; squamis binis terminalibus hyalino-membranaceis inaequalibus recurvato-mucronatis, lateribus pallidis ferrugineseentibus, carinis acutis fere semper intense viridibus subsemperque *patenti-spinulosis*, inferiore *sex-* v. obscure 8-nervata, superiore sub-4-nervia, *nervis prominulis remotis;* caryopsi squama $^1/_2$ — $^1/_3$ breviore elliptico-obovata v. lato-obovata, aut oblongo-obovato-elliptica apice rotundata apicata flavida, rufescente v. rufa; *stylo vix exserto profunde bifido;* stam. 1, rarius 2 v. 3 tuneque saepius imperfectis.

K. brevifolia Rottb. l. c. p. 13. tab. IV. f. 3. — Sieb. fl. Martin. n. 16. — *Cyperus Kyllingioides* Balb. in pl. Berteroan. — *K. gracilis* Zolling. pl. n. 266. — *K. laxa* Schrad. in Nees ab Esenb. Cyper. brasil. p. 14. — *K. sororia* Kunth l. c. 131. — *K. odorata* Schldl. in pl. Mexic. (partim).

Nupe, Afric. occid. (C. Barter, coll. n. 1586.) Penins. Ind. or. Nepalia. Java. Ins. Maurit. et Borbonica (Boivin). Jamaica (Swartz, sub: *K. monocephala*). Guadeloupe (Bertero, Duchassaing). Cuba (Ramond). Martinica (Sieber). Guiana angl. (Schomb.). Surinam (Hostm.). Brasilia. Mexico.

Forma macrocephala spicis ovato-cylindraceis 4 lin. altis in Hook. fil. et Thomson herb. Indic.

β. Longifolia. Culmo humiliore plerumque firmiore, $^1/_2$ — 1-pedali et breviore, vaginis approximatis fere omnibus foliiferis, foliis latiusculis culmum subaequantibus.

K. cruciformis Schrad. in Schult. Mant. II. p. 137. Nees ab Esenb. Cyper. brasil. p. 15. — *K. pallida* Willd. hb. 1440. — *K. uncinata* Link herb. — *K. monocephala* in Hook. et Thoms. hb. Indic. — *K. nana* N. ab E. herb. verisimil. varietatis forma est spiculis brevioribus squamisque breviter acuminatis suboctonerviis (v. frustula minuta in herb. Neesii). — Variatio capitulo subcomposito oblongo-cylindraceo: *K. gracilis* Kunth l. c. p. 134. Wallich hb. n. 3443, h. cum alia specie intermixta. — Formam humillimam leg. Poeppig in ins. Cuba, Hostmann in Surinam (no. 522), Sagot in Guiana gall. (sub: „*K. pumila*“ et n. 1177). Java (Jungh.). Bengalia. Nepalia. Ins. Luzon. (Jagor.) China. Japonia. Columbia (Moritz, Gollmer). India occid.: Cuba, Haiti (Ehrenb.). St. Thomas (Ehrenb. jun.), Antigua. — America boreal. (Muhlb.)

25. K. crassipes Bcklr.

Viridis; rhizomate *lignoso crassiusculo squamis rigidulis oblique oblongo-lanceolatis multistriatis* ferrugineis fusco-maculatis biseriatim vestito, subtus fibrillas subbifarias validulas emittente; culmis approximatis 6 — 7 poll. lg. subsetaceis triangularibus vix paulo compressis lateribus pl. m. canaliculatis, apice acutangulis, basin versus foliatis, *ima basi incrassata* vaginis efoliatis obtectis; foliis culmo brevioribus v. longioribus $^1/_2$ lin. lt. rigidulis sublonge acuminatis carinato-planiusculis margine carinaque — superne ubique spinuloso-scabris, spinulis subtilissimis subadpressis; foliis floralibus quaternis culmeis conformibus ad $\frac{3}{4}$ pollices longis reflexis; capitulo simplici globoso magnit. pisi mediocris;

spiculis densis oblique elliptico-lanceolatis unifloris; squamis inferioribus brevibus angustis acuminatis pellucidis in receptaculo persistentibus; iis floriferis subaequalibus acuminatis muticis obsolete nervatis sordide albidis punctulis nigro-fuscis conspersis, glabris.

K. crassipes Beklr. in Regensb. Fl. 1859.

Mozambique (Peters), Zanzibar (Hb. Link).

B. Squamae fertiles carina alatae.

26. K. monocephala Rottb.

Viridis v. glauco-virens; rhizomate repente tenui longo v. valde abbreviato; culmis (14 — 3 poll. lg.) v. solitariis v. pluribus remotis aut caespitoso-confertis, debilibus *ex triquetro* satis compressis versus basin 3 — 4-foliatis; foliis flaccidulis culmo brevioribus longioribusve ($^1/_2$ — 1 lin. lat.) planis plerumque longe acuminatis; foliis 3 — 4-floralibus ad 5 — 7 poll. longis flaccidis; capitulo saepiss. solitario globoso, v. cylindraceo aut ovato-subgloboso, compacto; spiculis confertissime subimbricatis oblique *lato-ovato- v. ovato-ellipticis satis compressis* unifloris (rariss. bifloris, floribus v. utrisque fertilibus v. superiore masculo); spicularum discis densissime aggregatis *latiusculis apice haud lacunosis;* squamis fructiferis fere aequalibus tenui-membranaceis breviter acuminatis apice parum recurvis v. rectis, *superne v. medio cristatis* (interdum pl. m. nudis), crista aut spinuloso-ciliata aut glabra, *ex toto pallidis* saepeque purpureo- v. ferrugineo-punctulatis, carina rariss. viridula; inferiore (squama) 6- v. 8-nervata, nervis prominulis subremotis; caryopsi squama fere dimidio breviore *obovato-elliptica* v. obovata breviss. apiculata punctulato-scabriuscula flavida, rufescente v. brunnea; stylo vix exserto tenuissimo; stam. 2 (3, Rottb.) persistentibus.

K. monocephala Rottb. l. c. p. 13. t. 4. f. 4. (1773) — forma caespitosa. — Linn. Suppl. (1781). — Wallich. herb. 3443, D. — 3443, H. partim (sic in hb. Lehmann). — Sieb. fl. ins. Maurit. no. 402. 385. — Forma caespitosa: Zolling. pl. Javan. n. 368, 465 sub nomine *K. brevifolia* *).

Nupe, Afric. occid. Penins. Ind. or. Java Ceylona. Nepalia. Siam. Insulae Mauritius, Timor, Guahan.

β. Subtriceps Kunth. Viridis; saepe caespitosa ac robusta, foliis multis latiusculis breviter acuminatis, capitulis subtribus, intermedio plerumque magno ad 4 — 5 lin. alto cylindrico v. subovato. — *K. triceps* Hortor.

India orient. (Hooker et Thoms. herb. sub: „*K. brevifolia* Rottb.“) Java (Jungh.). Cap Palmas (Schönlein). China.

γ. Mindorensis. Viridula; culmo elongato, suprapedali, tenui; foliis paucis angustis brevibusve; squamarum carina medio (nec superne) saepius anguste alata; caryopsi brunnea. — Spiculae quandoque (in pl. Borneensi) subtriflorae.

K. mindorensis Steud. l. c. p. 67 **).

Insul. Philippin. (Cuming, 1558.) Borneo (Teysmann; ex hb. Miquel sub design.: „*K. sororia* Kunth“). China.

---

*) *Schoenus coloratus* Linn. Spec., den Vahl und Kunth zu *K. monocephala* zogen, gehört wohl sicher nicht dahin; denn der Angabe: „involucrum variegatum“ und „fol. ad spicam partim albis partim viridibus“ Sloane, dessen Abbildung Linné citirt, entspricht Rottböll's Pflanze nicht. Wahrscheinlicher scheint es mir, dass den genannten Schriftstellern eine *Dichromena* vorgelegen habe.

**) Entspräche diese Pflanze wirklich der Beschreibung in Steudel's Synopsis, so würde sie sich von *K. monocephala* allerdings genügend unterscheiden, um von dieser getrennt zu werden.

δ. Latifolia. Glaucescens; vaginis subomnibus foliiferis, foliis longis latisve, squamis floriferis brevissime acuminatis apicibus rectis obtusiusculis, carina vix alata.

Mayotte (Boivin).

ε. Tenuis. Viridula; culmo pertenui pedali, foliis paucis angustissimis; capitulo parvo, magnitudine piperis albi-squamis sordide pallidis atropunctulatis superne carina anguste alatis, alis laevibus; stylo (an semper?) abbreviato.

Insul. Marianae. Timor (Gaudichaud.)

ζ. Humilis. Viridis; laxe caespitosa; rhizomate brevi, vaginis fere omnibus foliiferis, foliis confertis latiusculis breviter acuminatis acutis culmum tripollicarem aequantibus et superantibus.

Ins. Guahan (Haenke). In herb. Linkiano sine loco addito natali.

27. K. controversa Steud.

Viridula; rhizomate brevissimo apice diviso; culmo gracili 7—4 poll. longo compresso apice vix evidenter triangulari, tenuiter striato, basi incrassata multifoliato; foliis culmum aequantibus v. superantibus (1 — $^1/_2$ lin. lat.) longe acuminatis, planis haud carinatis apicem versus marginibus sparsim spinulosis; floralibus longis (3 — 1-pollic.) patentissimis; capitulo solitario sphaerico diam. 3 — 4 lin., compacto; spiculis 1 $^1/_2$ lin. long. subbifloris ovato-lanceolatis, basi subobliquis, totis pallidis; squamis floriferis fere aequalibus acuminatis apice rectiusculis, inferiore fertili triandra 4-nervia, superiore — non raro mascula — obsolete nervata; carinae crista crenata et piloso-ciliata; caryopsi juvenili squama $^1/_3$ breviore late oblongo-obovata apice obtusa; stylo vix exserto breviter bifido; filamentis tenuissimis ac angustissimis. — Facies *K. monocephalae.*

K. controversa Steud. Syn. p. 70. — *K. alba* ej. in Schimp. pl. Abyssin. — *K. dorsocrena* N. ab E. herb. — *K. monocephala* var. Hochst. (teste Nees).

Abyssinia. (Schimp., coll. no. 581.)

28. **K. alba** N. ab E.

Glaucescens; caespitosa; culmis firmis 10—6 poll. altis glabris subtriangularibus leviter compressis sulcatis e basi tuberoso-incrassata fibrillas copiosas longas rigidasque emittentibus, inferne multifoliatis; foliis rigidulis culmo brevioribus v. longioribus carinato-complicatis margine carinaque *remote spinulosis;* capitulo subgloboso diam. 4 — 5 lin.; involucri foliis 3 reflexis 2 — ½ poll. lg.; spiculis elliptico-lanceolatis obliquis 2½ lin. lg. bifloris, plerumque flore tertio rudimentari; floribus triandris; squamis floriferis *satis inaequalibus* tenui-membranaceis (subtilissime reticulatis) saepiss. *ex toto pallidis*, carinae — raro viridulae — crista obscure dentata, dentibus piliferis; squama inferiore longe mucronata lateribus 6—8-nervia, superiore (longiore) acuminata 4-nervia, utrisque apice *obtusiusculis haud evidenter recurvis;* caryopsi juvenili oblonga apice obtusissima densissime striato-punctulata rufescente; stylo exserto *profunde bifido.*

K. alba N. ab E. in Linn. X. 140. — *K. cristata* Kunth l. c. 136.

Prom. b. spei. (Eckl. et Zeyh. — Drège, coll. n. 3930. n. 7385.)

29. **K. alata** N. ab E.

Flavescenti-viridis; rhizomate *horizontali repente nodoso crassiusculo*, culmo *solitario* 10 — 4 poll. alto triangulari basi plurifoliato apicem versus *pubescente;* foliis planiusculis culmo subdimidio brevioribus subrigidis *margine carinaque pubescenti-ciliatis;* capitulo solitario globoso v.

suboblongo-globoso diam. 6 4 lin., foliis tribus subreflexis 1—2 poll. lg. arcte involucrato; spiculis *trilinealibus* oblique ovato-lanceolatis subtrifloris; floribus triandris; squamis floriferis *subaequalibus* longe *mucronato-acuminatis apice recurvis*, lateribus fulvis v. aureo-aurantiacis, carina viridi late alatis, ala ciliata pallida purpureo-punctulata, squama inferiore 6-, altera 4-striato-nervata; caryopsi valde juvenili oblongo-elliptica; stylo *longissimo validulo breviter bifido;* filam. elongatis.

K. alata N. ab E. in Linn. X. 139.

Prom. bon. spei. (Eckl. hb. no. 883.)

30. **K. squamulata** Vahl.

Pallide viridis; dense caespitosa; radice fibrosa, fibrillis copiosis capillaribus; culmis 9—3 poll. long. compresso-triangularibus inferne paucifoliatis, basi vaginis angustis hyalinis in laminam foliaceam brevem transeuntibus vestitis; foliis membranaceis vix lineam latis, superioribus culmo brevioribus v. longioribus; floralibus tribus longissimis, longiore ad sex pollices longo, basi auriculatis; capitulo subgloboso diam. 3—4 lin.; spiculis unifloris $1\frac{1}{2}$ lin. lg. ex lato- ovato lanceolatis; squamis fertilibus fere aequalibus breviter acutato-mucronatis apice rectis, pallidis sanguineo-lineolatis v. aurescentibus, carina viridi cristata; squama inferiore lateribus 6- v. 4-nervata, altera subbinervia; crista profunde *inciso-laciniata*, laciniis piliferis; caryopsi squama supra $\frac{1}{3}$ breviore *orbiculato-ovata* breviss. apicata, apice rotundato-obtusissima, basi subobliqua, punctulis densis minutis scabrata, atrofusca opaca; stylo brevi pallido breviss. bifido; stam. 2 (v. 1) persistentibus.

K. squamata Vahl l. c. 381. — *K. dentata* Hochst. in Schimp. pl. Abyss.

Abyssinia. (Schimp., coll. no. 1457. no. 1733.) Guinea (Thonning.)

Sect. II. *Pseudo-Kyllingia* Liebm. Mexic. Halvgraes p. 46. — Caryopsis triangularis; stylus trifidus.

31. K. granularis Desfont.

Glauco-viridula; rhizomate subrepente brevi et tenui lignescente; culmis subplurfbus setaceis curvatis triangularibus inferne compressis 2 — 3 poll. lg. basi subbifoliatis; foliis flaccidulis angustissimis complicatis setaceo-acuminatis marginibus remote serrulatis, basilaribus culmum plerumque superantibus, floralibus 3 — 4 erectis, 2 — 4 poll. lg.; capitulo solitario elliptico $2^1/_2$ — 3 lin. alto; spiculis unifloris $^3/_4$ lin. lg. lato-ovato- v. suborbiculato-ellipticis, fructiferis triangularibus patentibus, inferioribus reflexis; squamis apicalibus subaequilongis ferruginescentibus brevissime obtuseque mucronatis multinerviis, nerviis prominulis: inferiore orbiculato-elliptica, superiore superne umbonato-carinulata; squamis basilaribus subaequalibus oblongis quam fertiles plus duplo brevioribus; caryopsi aequilatero-triangulari late obovato-elliptica v. suborbiculato-elliptica, mucronulata fuscescente; stam. 3; stylo vix exserto tenuissimo breviter trifido.

K. granularis Desf. in herb. Willden. — *Mariscus gracilis* Kunth l. c. 115, minime Vahl.

Guiana gallica? — E Domingo in Reliq. Lehmann.

32. K. rigidifolia Bcklr.

Glauca; rhizomate caespitifero lignoso repente pennam anserinam fere crasso fibrillis fusco-sanguineis instructo; culmis densis tenuibus rigidis (longioribus flexuosis) obtuse triangulis sulcatis valde inaequalibus (14 — 4 poll. lg.), ima basi leniter incrassata vaginis squamiformibus ovato-lanceolatis fuscis tenui nervatis tunicatis, basin versus plurifoliatis; foliis

confertis 5 — 3 poll. lg. angusto-linearibus vix lineam latis, complicato-carinatis (siccis flexuosis) infra apicem obtusum subtriquetis, marginibus superne minutissime denticulatis; capitulo e spicis circ. sex ovato-oblongis composito subrotundo diam. 4 — 2 lin.; involucro triphyllo, phyllo inferiore erecto subbipollicari, superioribus patulis $^1/_2$ — 1 poll. longis; spiculis linealibus subquinquefariam imbricatis divergentibus ovato-ellipticis unifloris, fructiferis obliquis; squamis 4 pallidis ferruginescentibus, inferioribus spicula dimidio brevioribus, superioribus subaequilongis orbiculato-ellipticis breviss. mucronulatis (multistriolatis), summa medio demum constricta superne umbonata; caryopsi minuta late obovato-elliptica triangulari breviter apicata ferruginea; stylo brevi et tenui.

Cuba (Ramon de la Sagra).

33. K. filiformis Swartz.

Viridula; rhizomate brevi ac tenui fusco; culmis nonnullis aggregatis 1 — 1 $^1/_2$ ped. lg. strictiusculis filiformibus triangulis lateribus striatis sulcatisque basi vix crassioribus inferne subbifoliatis; foliis subrigidis remotis erectis valde inaequalibus, superiore longiore culmum subaequante v. eo multo breviore, perangustis carinato-conduplicatis breviter acuminatis laevibus v. apice marginibus vix denticulatis; capitulo e spicis 6 — 3 sessilibus (rariss. una alterave pedunculata) suborbiculari-ellipticis composito lobato-rotundato 3 — 4 lin. crasso; foliis floralibus 3 longissimis, infimo non raro 8-pollicari, patentissimis; spiculis unifloris densis patentibus ovato-oblongo-ellipticis vix supra lineam longis, fructiferis trigonis obliquis; squamis duabus inferioribus spicula fere $^2/_3$ brevioribus, floriferis subaequalibus multinerviis fuscescentibus lato-ovatis acuminatis haud mucronatis, superiore superne demum ventricoso-carinulata, inferne dorso planiuscula; caryopsi obovato-elliptica

triangulari testacea; stylo brevissimo et tenuissimo apice extremo trifido; filamentis 3 subelongatis latiusculis persistentibus.

K. filiformis Swartz fl. Indic. occid. I. 121. — *K.? filiformis* Vahl l. c. 382. — *Mariscus filiformis* Spr. Syst. I. p. 234 et herb. — Kunth l. c. 116.

Jamaica, Hispaniola (Swartz). Guadeloupe (Bertero). Cuba (E. Otto).

II. Courtoisia N. ab E.

Spiculae plano-compressae ovales squamis duabus convexiusculis vix carinulatis fulcratae, 1 — 2-florae, flore terminali sterili. Squamae fructiferae acute carinatae, e carina alata breviter mucronata. Stam. 3. Stylus trifidus, superne scabriusculus, basi pyramidato-incrassatus trilobusque, cum ovario articulatus. Caryopsis libera styli basi persistente exacte continua, lineari-oblonga utrinque acuminata, triangularis.

Corymbus umbelliformis. Spiculae irregulariter fasciculatae, fasciculi capitatim conferti. Rhachis capitulorum atque spinularum brevissima.

Courtoisia N. ab E. in Linn. IX. 286.

1. **C. cyperoides** N. ab E.

Tota fere planta luteo-fuscescens, radice fibrosa; culmis subpluribus erectis ad sesquipedem altis tenuibus trigonis striatis basin versus foliosis; foliis membranaceis culmum saepius superantibus exacte linearibus acuminatis $2\frac{1}{2}$ — 1 lin. lat. planis v. complicatis marginibus remote spinulosis; umbella composita v. simplici pluriradiata; involucro 4—5-phyllo; ochreis oblique truncatis; ramis radiorum divergentibus, foliis perangustis setaceo-acuminatis basi membranaceo-dila-

tatis fultis; spiculis sesquilineam long.; caryopsi punctato-scabriuscula.

C. cyperoides N. ab E. l. s. c. Kunth l. c. 127. — *Cyperus glomeratus* Klein. herb. (fide Nees). — *Cyp. Kleineanus* Hochst. in pl. Ind. or. ed. Hohenack. no. 645. — Wallich. hb. n. 3537.

India orient.

III. Remirea Aubl.

Spiculae plurifariam dispositae primum compressae dein teretiusculae, uniflorae. Squamae plerumque quinque arcte imbricatae, late ovatae, carinato-naviculares tardius concavae, apicalis fertilis quam secunda brevior primum membranacea ac tota inclusa, tum valde incrassata suberosa, subenervia, reliquae striato-nervatae. Stam. tria; filamentis elongatis. Stylus trifidus (et bifidus). Caryopsis inclusa compresso-trigona oblonga.

Spicae plures confertae v. solitariae terminales sessiles involucratae densae.

Remirea Aubl. Fl. Guian. 1. 45. — R. Brown l. c. p. 92. — Nees ab Esenb. Cyper. brasil. p. 60.

1. **R. maritima** Aubl.

Rhizomate horizontali repente vaginis elongatis tenui-membranaceis tunicato; culmo erecto 3 — 4, raro 6 — 9 poll. alto trigono inferne (parte subterran.) vaginis breviusculis efoliatis vestito ibique ad nodos radicante, superne saepissime ramoso, ramisque non raro ad apicem usque dense foliosis; foliis plerumque plurifariis rigidis patulis linearibus sursum angustatis (interdum lanceolatis acuminatisque) carinatis, supra canaliculatis, apice triquetris, subpungentibus, marginibus denticulato-scabris, superioribus culmum superantibus;

vaginis abbreviatis membranaceo-marginatis; capitulis solitariis v. tribus pluribusve dense confertis, subovatis; foliis floralibus 3 — 4 capitulis duplo triplove longioribus; squamis mucronulatis v. muticis stramineo-ferruginescentibus; caryopsi breviter acuminata, granulis poriferis dense obtecta, fuscescente. — Planta maxime variabilis, littoralis.

R. maritima Aubl. l. s. c. et tab. 16. — Vahl l. c. 391. — Kunth l. c. 139. — *R. pedunculata* R. Br. l. c. 92 et aliorum. — *R. Wightiana* Wall. — *Cyperus Kegelianus* Steud. Syn. 29. Kegel. herb. no. 12682. (v. s.) — *Mariscus capitatus* Steud. l. c. 60. Zolling. Verz. 63. Ej. pl. Javan. 2703. (v. s.) — *Mariscus pungens* Steud. l. c. 60. Cuming. hb. no. 867. (v. s.) — *Remirea rigidissima* Steud. l. c. 317. (v. s.) — *Lipocarpha foliosa* Miq. l. c. 332. (v. s.) — Variatio foliis laxioribus elongatis linearibus (4 — 5 poll. lg.) arcuatisque: *R. distichophylla* Bcklr. in Regensb. Fl. 1858.

Brasilia. India orient. Java. Ceylona. Borneo. Insul. Philippin.

VII. Cyperus L.

Spiculae multi- v. pauciflorae, raro pedicellatae, plus minusve compressae. Rhachis spicarum angulata. Squamis mag. min. evidenter carinatae, inferiores 2 — 1 minores vacuae. Rhacheola squamarum basi decurrente non raro alato-marginata, interdum articulata; articulis quandoque (in Diclidiis) et alis (in Papyris) tardius secedentibus. Stamina 3, v. rarius 1 v. 2. Stylus tri- v. bifidus, basi subaequalis. Caryopsis aut triangularis, aut biconvexa v. plano-convexa, mutica v. mucronulata. Corymbus (anthela) saepiss. umbelliformis, simplex aut compositus, non raro ad capitulum redactus.

Cyperus L. Codex p. 60. — Genus auctor. recent. emendatum.

Sect. I. *Pycreus.*

Stylus bifidus; caryopsis pl. m. compressa, aut biconvexa aut plano-convexa. — Pycreus, qua genus, Beauv. — Nees ab Esenb.

A. *Eupycreus.* Caryopsis squamae contraria, biconvexa.

a. Squamae floriferae varie modo coloratae plerumque breves lato-ovatae v. ovato-oblongae, raro oblongae, subrotundato-obtusae, infra apicem denticulo saepius instructae, haud evidenter mucronatae.

† Squamae albidae pellucidae.

1. C. diaphanus Schrad.

Radice fibrosa tenui; culmo pertenui (4 — 5 poll. long.) subcompresso-triangulari, latere uno canaliculato, basi bifoliato; foliis angustissimis culmum subsuperantibus flaccidulis carinatis longe angustato-cuspidatis marginibus remote spinulosis; foliis floralibus 3 longissimis, exteriore 5 poll. lg.; umbellae radiis 2—3 sessilibus oligostachyis; spiculis alternis oblongo-ovatis v. ovatis obtusis 3 — 4 lin. long., 1½ lin. lat., 12 — 10-floris; squamis patulis oblongo-ovatis obtusis, lateribus albidis diaphanis dorso rubiginoso-lineolatis, carina obsolete 5-nervia; caryopsi non perfecte matura obovato-suborbiculata tumidula (primo submarginulata) apicata transversim undulato-rugosa pallida et pallidissime rubiginosa squama triplo breviore; stylo incluso; rhacheola subflexuosa quadrangulari leviter compressa. (Descr. secundum specimen macrum in Reliq. Lehmann.)

„.... Culmi pedales; umbella subquadri-radiata, radiis pollicaribus et ultra, 3 - 4-stachyis; involucri foliola quatuor; spiculae 4—5-lineares, multiflorae.“ Schrad.

C. diaphanus Schrad. in Schult. Mant. II. p. 477. — *C. mundus* N. ab E. in herb. Lehmann.

Nepal. (Wallich.)

2. C. Fontanesii Kunth.

Culmo tenerrimo (6 poll. long.) triangulari; foliis basilaribus ...., floralibus tribus angustis planis vix scabriusculis 2—3 poll. long.; umbella subquinqueradiata, radiis 6 — 3-stachyis, exterioribus $^1/_4$ — 1 poll. lg.; spiculis in radiorum apice alternis subfasciculatis patentibus linearibus acutiusculis 7 — 5 lin. long., vix 1 lin. lat. multifloris; squamis arcte imbricatis ovato-sublanceolatis hyalino-membranaceis pallidis dorso rubiginoso-lineolatis, carina viridula sursum subacuta obsolete nervata; caryopsi squama vix dimidio breviore obovata tumida obsolete transversim undulato-rugosa brevissime mucronata brunnea opaca; stylo incluso; stam. 2; rhacheola tenui quadrangulari vix flexuosa, foveis angustis subcuneiformibus.

C. Fontanesii Kunth l. c. p. 5. — *C. stramineus* Desf. in Willd. herb. n. 1329.

Patria?

†† *Squamae flavescentes.*

3. C. flavescens L.

Viridis; caespitosus; radice fibrosa tenui; culmo (2 — 14 poll. alt.) tenui subcompresso apicem versus triangulari (longioribus infirmis) subbifoliato; foliis culmo brevioribus angustis v. subsetaceis carinatis; floralibus tribus logissimis; umbella pauciradiata compacta, radiis plerumque brevissimis, raro usque ad pollicem long., poly- v. raro oligostachyis; spiculis linearibus acutis v. obtusiusculis multifloris, plerumque 5 lin., raro 10 et 3 lin. lg., 1 lin. lat.; rhacheola recta angusta quadriquetra, foveis latiusculis subellipticis; squamis dense

imbricatis ovato-ellipticis v. lato-ovatis, lateribus flavidis v. stramineis et fuscescentibus; caryopsi minuta squama duplo triplove breviore suboblique ovato-orbiculata v. suborbiculata, turgidula v. inflata, interdum apice subtruncata, breviter mucronata, transverse undulato-rugulosa atrofusca v. brunnea, nitidula; stylo vix exserto profunde fisso; stam. 3.

C. flavescens L. Cod. Richt. p. 62. — Reichenb. Cyperoid. fig. 662 — 664. — Kunth l. c. 5. — Torrey Cyper. amer. 250. — *C. Elliottianus* N. ab E. herb. — *C. lanceolatus* Presl et *C. flavus* ej. (v. specim. origin.).

Germania. Gallia. Italia. Caucasus. Civitat. unit. Americ. Mexico. Costa-Rica. Nova Holland. (Sieb. Agrost. n. 105.) Ins. Luzon.

β. Paraënsis. Culmo haud compresso, squamis floriferis latissime ovatis fuscescentibus. — *C. paraënsis* Mart. et Schrad. — *Pycreus paraënsis* N. ab E. Cyper. bras. p. 8.

Brasilia.

4. **C. Olfersianus** Kunth.

Viridis; rhizomate descendente brevi ac tenui, quandoque brevissimo, fibrillis validulis; culmis pluribus (12—5 poll. lg.) *tenuibus firmis haud compressis* sursum triangularibus, latere uno canaliculatis, basi subbifoliatis; foliis culmo brevioribus perangustis rigidulis carinato-subcomplicatis marginibus dentato-spinulosis; floralibus tribus longissimis; umbella 2—5-radiata; radiis plerumque brevissimis, longioribus $^1/_2$ poll. long., 6—3-stachyis; spiculis *lineari-oblongo-lanceolatis* 6—3 lin. lg., 1 $^1/_3$ *lin. lat.* multifloris; rhacheola pertenui quadriquetra, foveis angustis lineari-subcuneiformibus; squamis ovato-ellipticis, lateribus sordide stramineis, carina viridi trinervia sursum pl. m. acuta; caryopsi minuta *obovato-elliptica lenticulari-compressa acuto-mucronata densissime*

granulata, granulis interdum albidis, rubiginosa *squama fere triplo breviore;* stylo exserto; stam. **2**, interdum **1**.

C. Olfersianus Kunth l. c. p. 10. — *C. infirmus* Schrad. in sched. (fide Nees). — *Pycreus infirmus* N. ab E. Cyper. brasil. p. 8. — *C. propinquus* Schrad. in sched. — *Pycreus propinquus* N. ab E. l. c. 7. — *C. setiformis* Schrad. in herb. Reg. Berol. — *C. ambiguus* Liebm. Halvgr. p. 11. — *C. melanostachyus* v. *pallida* Schldl. in coll. pl. Mexican.

β. Maximiliani. Inflorescentia contracta; spiculis flavescentibus; caryopsi orbiculato-obovata apice rotundata.

C. Maximiliani Schrad. in litt. — *Pycreus* N. ab E. l. c. p. 7.

Brasilia. Mexico.

γ. Elatior. Culmo sesquipedali; umbellae radiis sublongioribus, usque ad sesquipollicem longis; spiculis numerosis congestis angustioribus brevioribusve; caryopsi oblongo-elliptica breviter apicata, haud mucronata.

Cuba (Ramon de la Sagra). Oaxaca (Franco).

5. C. abyssinicus Hochst.

Viridulus; radice fibrosa capillari; culmis pluribus infirmis (10—8 poll. long.) compressis infra apicem vix triangularibus, latiusculis ($^3/_4$ lin. lat.) basi *monophyllis;* foliis culmo multo brevioribus angustis carinato-complicatis sursum marginibus remote denticulatis; floralibus 3 umbellam 5—3-radiatam parum superantibus; radiis 3—2 interioribus sessilibus reliquis binis 1—$1^1/_2$ poll. lg., omnibus 5—6-stachyis; spiculis *nitidulis* patentibus non raro *usque ad pollicem longis*, $1^1/_2$—1 *lin. lat.* linearibus acutiusculis; rhacheola *latiuscula subflexuosa*, foveis subcuniformibus; squamis *numerosissimis* dense imbricatis lato-ovatis stramineo-fuscescentibus, carina vix viridula trinerviis, superioribus minutissime

mucronulatis; caryopsi orbiculari-obovata *parum compressa* breviter mucronata nigra striis transversis densis albidis rugulosa; stam. 3.

C. abyssinicus Hochst. in Schimp. herb. abyssin. no. 122. — Steud. l. c. p. 4. — *C. flavescens* Richard Fl. abyss. V. p. 474.

Adoua Abyssiniae. Matamma terrae Gallabat (Schweinf. no. 2011). — Formam humiliorem rigidam Cienkowsky e Nubia attulit. (Hb. Schweinfurth.)

6. C. Humboldtianus Schult.

Radice fibrosa pertenui; culmo *filiformi* 2—1-*pedali* rigidulo triangulari, latere uno canaliculato basin versus 2—3-*vaginato;* vaginis m. m. *remotis* angustis bi- ad sexpollicaribus nudis v. foliatis; foliis rigidulis culmo brevioribus, interdum valde abbreviatis, anguste linearibus breviter acuminatis laevibus v. sursum margine carinaque remote spinulosis; umbella pauci- (5—3-) radiata; radiis omnibus subsessilibus v. exterioribus elongatis, $^1/_2 - ^3/_4$ poll. long., setaceis apice 5 — 10-stachyis; involucro triphyllo, phyllis patentissimis, longioribus 3 — 5-*pollicar.* spiculis confertis divergentibus oblongo-lanceolatis compressis $2^1/_2 - 3^1/_2$ lin. long., lineam circ. lat., 10 — 16-floris (minoribus subovatis paucifloris); squamis chartaceis ovatis obtusis acute carinatis sordide stramineis fuscescentibus, dorso subtrinerviis saepeque ferrugineo-lineolatis; caryopsi squama plus duplo breviore oblique *elliptica compressa mutica,* vix apiculata *punctulato-scabriuscula brunnea v. cinerascente; stylo exserto* profunde diviso; stam. 1; rhacheola compressiuscula foveis angustis linearibus.

C. Humboldtianus Schult. Mant. II. p. 100. — *C. densus* Willd. herb. no. 1311.

America merid. (Humb.). Mexico (Liebm. coll. no. 676. no. 721).

7. **C. lanceolatus** Poir.

Rhizomate descendente tenui ad nodos radicante; culmo tenui (8 poll. longo) rigido triangulari inferne compressiusculo latere uno canaliculato basi *pauci-* (2-) *foliato;* foliis confertis (4-pollic.) rigidulis perangustis complicatis; capitulo subrotundo (9 lin. crasso) e spiculis 18 — 20 composito, foliis 2 — 3 patentissimis 1 — 3 poll. long. involucrato; spiculis subdense aggregatis satis compressis oblongis acutiusculis 4 — 3 lin. long., $1\frac{1}{3}$ lin. lat., 20 — 12-floris; squamis arcte imbricatis lato-ovato-lanceolatis sordide stramineis fuscescentibus dorso rubiginoso-punctulatis, carina viridula obsolete nervata sursum subacuta; caryopsi squama triplo breviore *obovato-elliptica*, *medio turgida*, *mucrone terminata*, obsolete granulata *rufo-flavida* nitente; stam. 2; rhacheola pertenui flexuosa, foveis angustis.

C. lanceolatus Poir. in Willd. herb. no. 1298. — Kunth l. c. 9.

Madagascar.

8. **C. Jacquemontii** Beklr.

Pallide-virens; *stoloniferus;* culmo stricto 8 — 4 poll. longo tenui, superne triangulari, latere uno canaliculato, inferne pl. m. compresso usque fere ad medium foliato, in parte subterranea ad nodos radicante; fibrillis radicalibus tomentosis; foliis 3 — 4 poll. long., $\frac{1}{2}$ lin. lat *remotis subdistichis* rigidulis *patentibus* sursum marginibus spinulosis, foliis 2 floralibus 2 — $\frac{1}{2}$ poll. long. patentissimis; umbella pauciradiata capitato-contracta, radiis subomnibus plane sessilibus; spiculis densissime aggregatis ovatis v. ovato-ellipticis circ. 2 lin. long., 1 lin. lat., 8 — 6-floris; squamis *ovatis obtusis*

carina acutiuscula subtrinerviis, pallide stramineis lateribus flavescentibus dorso saepius ferrugineo-lineolatis; rhacheola recta *crassiuscula* foveis latiusculis subellipticis; caryopsi minuta *oblique obovato-elliptica* turgidula biconvexa v. quandoque subtrigona, obtusiuscula apicata, *punctulis elevatis minutissimis conspersa brunnea v. fuscescente* nitidula; stylo vix exserto breviter bifido.

C. melanostachyi var. Kunth. herb.

Speciei antecedenti et *Cypero Olfersiano* proximus.

Ins. S. Domingo. (Jacqemont.)

9. **C. umbraticola** Kunth.

Robustus; pallide-virens; rhizomate brevi sublignoso foliorum residuis obtecto; *culmo crassiusculo* compresso-triquetro (5 poll. lg.) basi *multifoliato*; foliis culmum *superantibus* rigidis planis latis (2 — 2 1/2 lin. lat.) carinatis apice *obtusiusculis* margine laevibus; involucro triphyllo; *phyllis umbellam subaequantibus* margine remote denticulatis; umbellae radiis (5) brevibus (1/4 — 1/2 poll. long.) apice corymboso-subramosis; ochreis *ampliatis* oblique truncatis ore subbidentatis; spiculis *glomerato-capitatis* oblongis 4 — 3 lin. long., 1 1/3 lin. lat., 16 — 12-floris; squamis patulis ovatis flavido-rufescentibus obsolete nervatis; stylo exserto (stam. 3).

C. umbraticola Kunth l. c. p. 13. *Pycreus umbrosus* N. ab E. in Linn. X. p. 130.

Prom. bon. spei.

††† Squamae fuscae v. nigricantes aut fusco-sanguineo-variegatae, raro ex toto stramineae.

* Squamae lateribus subsulcatae.

10. **C. Eragrostis** Vahl.

Substoloniferus; culmis pluribus v. saepissime solitariis tunc *basi profunde descendentibus nodisque radicantibus*,

tenuibus v. crassioribus (4 — 24 poll. lg.) pl. m. compressis infra apicem triangularibus v. triquetris, inferne pauci- v. plurifoliatis; foliis saepe remotis angustis carinato-planis longe acuminatis margine remote spinulosis culmo plerumque brevioribus; floralibus subtribus patentissimis longis; umbellae radiis paucis v. pluribus setaceis sessilibus pedunculatisque simplicibus v. ramosis 8—3-stachyis; spiculis solitariis v. conjugatis spicato-fasciculatis linearibus v. oblongis obtusis compressis 7 — 3 lin. lg., 1 — $1\frac{1}{2}$ lin. lat., 12 — 18-floris; squamis *remotiusculis patulis lato-ovatis* superne parum angustatis, v. ovato-oblongis, pl. m. obtusatis, lateribus late sulcatis, aut sanguineo- v. purpureo-variegatis aut ex toto concoloratis, interdum stramineo-fuscescentibus, carina virente superne vix acutiuscula obsolete 3- v. 5-nervatis; caryopsi minutula squama *duplo triplove breviore* orbiculata v. orbiculato-obovata, raro elliptica, lenticulari-biconvexa, *margine subacuta*, apicata punctulato-scabrata (raro laevi reticulata) rufa v. fusca aut brunnea, non raro cinerascente; stylo exserto; rhacheola rectiuscula.

C. Eragrostis Vahl l. c. 322. (teste specim. authent. in herb. propr.) — Forma major inflorescentia magis explicata radiis nonnullis elongatis spiculisque longis stramineo-fuscescentibus v. atropurpureis: Wallich. hb. no. 3319, b. e f. pro parte. — *C. concolor* Steud. Syn. p. 6. — Plantae Ind. or. ed. Hohenack. no. 946. — Zolling. pl. Javan. no. 475. — Hook. fil. et Thoms. herb. Ind. or. — *C. sanguinolentus* N. ab E. herb. part. — *C. erythraeus* Schrad. in Schult. Mant. II. p. 447. est (secund. specim. exculta) forma humilior subcaespitosa inflorescentia capitato-contracta, caryopsi interdum elliptica.

Bengalia. Tranquebar. Mont. Nilghiri et Kurg. Java. Ceylona. China. Japonia.

β. Microstachyus. Caespitosus; radice fasciculata; stolonibus nullis; culmo 4—6-pollicari quam folia subbreviore; umbellae radiis paucis (2 v. 3) brevibus tenuissimis saepe ramosis; spiculis minutis 6 — 8-floris conglomeratis, glomerulis in rhachi flexuosa remotis spicam efformantibus oblongam lobatam; squamis floriferis atrosanguineo-marginatis in sulco laterali dorsoque pallidioribus.

C. neurotropis Steud. Syn. p. 12. — Schimp. coll. no. 1424. no. 765. — Richard l. c. 476.

Abyssinia. Nova Holland. (Leichardt.)

Planta a Ferd. Müller e Nova Hollandia meridionali sub nominibus *C. nigricantis* et *C. laevis* R. Br. missa varietatis hujus forma est stolonifera spiculis majoribus (6 — 12-floris) capitato-aggregatis.

γ. Melanocephalus. Pluriculmis; culmis pedalibus foliisque latioribus; umbellae radiis exterioribus pedunculatis, 1 — 1 $^1/_2$ poll. lg.; spiculis nigrescentibus 12 — 16-floris; squamis dense imbricatis ovato-oblongis; caryopsi lato-ovata v. elliptica fusco-cinerascente.

Nova Holland. (Leichardt). Java (Hoffmannsegg).

δ. Cyrtolepis, Miquel fl. Ind. Bat. III. p. 257. Dense caespitosus; stolonibus destitutus; fibrillis radicalibus dense fasciculatis longis; culmis robustioribus subaequilongis strictis sesquipedalibus usque ad medium foliatis; foliis remotis longis latisque (8 — 10 poll. lg., 1 $^1/_2$ lin. lat.) perfecte planis; involucro 4-phyllo; umbella parva 6 — 7-radiata, radiis exterioribus brevibus ($^3/_4$ poll. lg.) subaequalibus, interioribus binis sessilibus, omnibus subdivisis; spiculis squarrosis parvis, 1 $^1/_2$ — 2 lin. lg. ovatis v. oblongis 8 — 10-floris; squamis chartaceis nitidulis stramineo-fuscescentibus dilutissimeque sanguineo-variegatis; caryopsi orbiculari rufescente.

Batavia (Junghuhn.)

ε. *Flaccidulus.* Glauco-viridis; stolonibus subnullis; culmis pluribus sesquipedalibus valde compressis debilibus; foliis longis membranaceis flaccidulis perfecte planis $1\frac{1}{2}$ lin. lat.; floralibus longissimis, 9 — 10-uncialibus; umbellae radiis 5 — 7-ramosis polystachyis; spiculis confertis subternatis brevibus angustisque 10 — 14-floris; squamis parvis stramineis marginibus pallidissime sanguineis; caryopsi squama dimidio breviore tumidula fusca v. cinerascente. — Schimp. pl. Abyss. sect. III. no. 317.

Abyssinia.

11. **C. atratus** Steud.

Virens; rhizomate profunde descendente ad nodos fibrillis radicalibus copiosis capillaceis obtecto; culmis pluribus 4 — 9 poll. lg. compresso-triangularibus *usque supra medium foliatis; foliis alternis remotis v. subapproximatis* longe angustato-acuminatis rigidulis v. tenuioribus planis 1 — 2 lin. lat. marginibus superne remote spinulosis, superioribus culmum non raro superantibus; involucro triphyllo, phyllis patentibus patentissimisque 1 — 4 poll. lg.; umbella *parva*, $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ poll. alta, 3 — 4-radiata contracta, radiis pedunculatis sessilibusque, *longioribus* 3 — 5 *lin. long.;* spiculis (4 — 3 — 6) confertis patulis 2 — 3 *lin. lg. oblongo-ovatis obtusis* 12 — 8-*floris;* squamis remotiusculis patulis *ovatis v. oblongo-ovatis* membranaceis opacis *dorso obsolete* 5 — 7-*nerviis*, nervis subprominulis remotis, prope carinam viridem subsulcatis, lato margine castaneo-fuscis v. purpureis, dorso pallidioribus fusco-lineolatis; caryopsi minuscula *squama plus duplo breviore* orbiculari v. obovato-orbiculata lenticulari-compressa, margine acuta, *brevissime umbonato-apicata punctulato-scabriuscula v. granulata*, aut laeviuscula, brunnea aut fuscescente, opaca; stylo exserto.

C. atratus Steud. Syn. p. 12. — Wallich. herb. no. 3319, g. — Zolling. pl. Javan. no. 1210. — *C. Eragrostis* Kunth herb. partim. — *C. sanguinolentus* var. *major* N. ab E. in herb. Lehmann.

India orient.: Nepalia, Bengalia, Java.

β. Capitatus; viridis; rhizomate brevissimo; culmis caespitosis humilioribus, 2 — 5 poll. lg., quandoque tamen elongatis, basi tantum paucifoliatis; umbella capitato-contracta; involucri foliis non raro valde elongatis; spiculis majoribus 3—9 lin. long., 10—30-floris.

C. sanguinolentus var. *α.* N. ab E. herb

India orient.: Khasia; Sikkim, alt. 10,000 ped. (Ex herbar. Royleano. — In Hook. fil. et Thomson. herb. Indic. sub nominibus *C. sanguinolenti* et *C. pauperis.*)

12. C. diandrus Torr.

Radice fibrosa; culmis pluribus v. raro solitariis tuncque in parte subterranea saepius protensis ad nodos radicantibus, erectis 3 — 10 poll. lg. valde compressis qua propter flaccidulis *apice extremo tantum triangularibus;* foliis culmeis paucis (2 — 4) laete viridibus herbaceis planis longe acuminatis marginibus remote denticulatis, superioribus culmum saepissime superantibus; foliis floralibus 3 — 4 valde inaequalibus, binis umbella multoties longioribus (3 — 9-pollic.); umbella 3—5-radiata, radiis 6—12-stachyis, interioribus — non raro omnibus — brevissimis, exterioribus elongatis ($^1/_2$ — 1 poll. lg.) erectis; spiculis alternis fasciculatis, inferioribus patentissimis, oblongo- v. lineari-lanceolatis acutis satis compressis 14 — 30-floris; squamis dense imbricatis *membranaceis* ovato-oblongis v. oblongis obtusiusculis prope carinam acutam vix evidenter nervatam subsulcatis, *marginibus superne apiceque atrosanguineis v.*

purpureis, lateribus stramineo-fuscescentibus, rhacheola *recta*, foveis angustis linearibus; caryopsi minuscula squama dimidio breviore *obovato-elliptica lenticulari-compressa*, *margine obtusissima crasse apiculata densissime lineato-granulata grisea v. pallide fusca*, *opaca; stylo persistente valde elongato fere ad basin fisso*, flexuoso.

C. diandrus Torr. Monogr. of N. American Cyperac. p. 251 pro parte. — A. Gray Manual, p. 491 partim. Kunth l. c. p. 6. Steud. Syn. p. 4.

America boreal.

13. **C. Mundtii** N. ab E. Kunth.

Virens; rhizomate descendente interdum flagellifero, apice raro diviso; culmis solitariis v. pluribus 6—10 poll. lg., interdum elongatis, strictiusculis triangularibus inferne p. m. compressis ad medium usque fere foliatis; foliis saepe confertis rigidulis *brevioribus ac latiusculis* (2 — 3 poll. long., $1\frac{1}{2}$ lin. lat.) planis *breviter acuminatis*, floralibus 3 v. raro 5 erectiusculis *umbellam simplicem 7—5-radiatam aequantibus v. paulo superantibus*; umbellae radio centrali brevissimo, reliquis subaequaliter pedunculatis, $\frac{1}{2}$—$1\frac{1}{2}$ poll. lg.; spiculis 7 — 3 confertis, inferioribus patentissimis, *oblongo-lanceolatis acutiusculis* 3 lin., raro 5 lin. long., 10 — 12-, rarius 16—18-floris; squamis *dense imbricatis tenui-membranaceis nitidulis oblongis*, infimis lato-ovatis, obtusis, juxta carinam subsulcatis, dorso obsolete plurinervatis sordide flavidis, lateribus superne brunneis v. fusco-purpureis, interdum ex toto brunnescentibus, marginibus parum incurvis; caryopsi *minutula obovata*, non raro basi angustata, *breviter mucronato-apicata* compressa *margine obtusa* rugulosa ac punctulata brunnea opaca; *stylo elongato profunde* bifido.

C. Mundtii N. ab E. herb. — Kunth l. c. 17. — *Pycreus*

N. ab E. in Linn. X. p. 131. — *C. sanguinolentus* Willd. herb. 1382. — Kunth herb. et *C. Eragrostis* var. ej. in Willd. herb. — *C. turfosus* Salzmann in sched. (v. s.). — *C. densifolius* N. ab E. herb. — Steud. l. c. p. 6.

Africa bor. (Salzmann, Gouan). Africa austr. (Mundt, Forbes, Zeyher). Mauritius (Aub. du Petit-Thouars).

β. Glaucus; spiculis minoribus et obtusioribus 6—8-floris; squamis lineari-oblongis rotundato-obtusis marginibus coloratis angustis.

Promont. bon. spei. (Colsmann, Ludwig. In Reliq. Lehmann.)

14. C. grammicus Kunze.

Rhizomate repente subcaespitifero; culmo *humili*, 1—3 *poll. longo*, *valido* trigono inferne plurifoliato; *foliis culmo-quandoque duplo-longioribus latiusculis* planis margine remote dentato-spinulosis; foliis involucralibus 3—4 erectiusculis umbellam *contractam* 4—2-radiatam (vix 1 poll. altam et latam) aequantibus v. superantibus; umbellae radiis brevissimis, ramosis v. simplicibus; spiculis compressis *fasciculatis* sublanceolato-linearibus v. oblongis 3—4 lin. long., $1^1/_2$ lin. lat., 12—14-floris; squamis *remotis patulis p. m. incurvis oblongo-ovatis* obtusis, dorso striato-nervatis prope carinam subsulcatis, stramineo-rufescentibus superne lateribus non raro castaneo-variegatis; rhacheola recta; caryopsi parvula squama sesqui breviore *obovato-elliptica* umbonato-apicata *margine obtusa* punctulato-scabrata brunnea opaca; stylo elongato.

C. grammicus Kunze in Poepp. coll. pl. chilens. — Kunth l. c. p. 6. — *C. parvulus* Steud. in Lechl. pl. chilens. et Syn. p. 4.

Chili. (Chamisso, Poeppig, Lechler.)

15. C. aphyllus Beklr.

Culmo tenui debili (curvato, 8 poll. alto) obscure trigono ima basi vaginis fissis pellucido-albidis fusco-striolatis efoliatis vestito, apice extremo *corymboso-subtripartito;* corymbi ramis fere sessilibus subdistachyis, *duobus inferioribus bractea foliacea brevi et angusta longe acuminata* munitis; spiculis *magnis*, 12—6 lin. long., $1^1/_2$—2 lin. lat., 24 — 14-floris compressis lineari- v. oblongo-lanceolatis apice acutiusculis; rhacheola subflexuosa compresso-quadrangula, foveis linearibus; squamis subchartaceis *magnis* remotiusculis patulis elongato-ovatis apice obtusis ibique pellucido-marginatis, prope carinam striatam superne acutam subsulcatis, dorso stramineo-fuscescentibus, lateribus rufis; caryopsi *magna subobcordata turgido-biconvexa* brevissime apiculata *undulato-scrobiculata* brunneo-nigricante opaca; stylo breviusculo tenui breviter bifido.

India orient. (Commun. a W. Arnott, in Reliq. Lehmann.)

** Squamae lateribus planae, haud sulcatae.

16. C. intermedius Stend.

Viridis; *radice fibrosa;* culmis pluribus erectis compresso-triangularibus 4 — 6 poll. long. inferne subbifoliatis; foliis erectis culmo brevioribus v. longioribus angustis complicatis setaceo-acuminatis; umbella 3 — 4-radiata, radiis 3 — 5-stachyis, exterioribus $^1/_2$ poll. long.; involucri triphylli *erecti* foliolis 2 umbellam duplo triplove superantibus; spiculis alternis subconfertis ovato- v. oblongo-sublanceolatis acutiusculis *satis compressis* 8 — 10-floris; squamis ovatis *obtusissimis*, non raro subtruncatis, carina 3—5-nerviis, lateribus fulvis v. purpureo-fuscis; caryopsi squama dimidio breviore *obovato-suborbiculata* lenticulari-compressa margine acutiuscula medio tumida (raro subtriangulari) brevissime um-

bonato-apiculata *longitudinaliter subtilissime striolata transverseque undulato-lineolata* rufa v. brunnescente nitidula; stylo *incluso* brevissime bifido; rhacheola flexuosa.

C. intermedius Steud. l. c. p. 5. — Schimp. it. Abyssin. no. 1267. — *C. sanguinolentus* N. ab E. herb. partim.

Abyssinia.

β. Indicus; foliis latioribus planis, spiculis majoribus ad 18-floris stramineo-purpurascentibus; caryopsi magis orbiculata nigricante opaca. — *C. flavescens* Hook. et Thomson herb. Indic.

Khasia, Ind. or.

γ. Tenuis; culmo flaccido foliisque setaceis, umbella (an semper?) depauperata, biradiata, radiis brevissimis oligostachyis; spiculis angustioribus linearibus oblongisve 12—16-floris; caryopsi obovata minus compressa haud marginata evidentius transverse undulata, atra nitida. — Facies fere *Cyperi rivularis.* — Abyssinia.

(*Cypero pauperi* a Schimpero lecto haec varietas — ac quidem una cum *Fimbristyli hispidula* — erat *intermixta.*)

17. **C. pauper** Hochst.

Pluriculmis; radice fibrosa; culmis strictis *setaceis* 3—4 poll. lg., lateribus leviter sulcatis, interdum compressiusculis basi pauci- (bi-) foliatis; foliis angustissimis planiusculis apice obtusis marginibus superne remote denticulatis; foliis floralibus binis valde inaequalibus, *altero strictiusculo* 2—3-*pollicari,* altero *subsemipollicari; umbella depauperata* 2—1-, *raro* 3-*radiata*, *radiis subsessilibus* (uno quandoque parum elongato) *mono-*, *rariss. di-tristachyis;* spiculis *tumidulis* lineari-oblongis acutiusculis 4 — 3 lin. long., 1 — $1^1/_2$ lin. lat., 8 — 10-floris; squamis *e basi latissima orbiculata*

lanceolato-angustatis, obtusis, carina viridula trinerviis, lateribus stramineo-rufescentibus *apice castaneis;* caryopsi squama dimidio breviore *subglobosa* vix leniter compressa marginulata mutica transversim *grosse undulato-rugosa* nigra opaca; stylo vix exserto; rhacheola *flexuosa*, foveis latis marginulatis.

C. pauper Hochst. in Schimp. herb. Abyssin. no. 1602. — Richard l. c. 478. — Steud. l. c. p. 5 *).

Abyssinia.

18. **C rivularis** Kunth.

Pallide-virens; culmis pluribus caespitosis v. solitariis, *tenuibus* rectis v. leviter curvatis triangularibus bisulcatis saepius compressis (3 — 10 poll. lg.); foliis basilaribus paucis *culmo brevioribus perangustis* non raro setaceis *carinato-compaginatis* longe acuminatis; umbella 3—6-radiata, radiis erecto-patulis valde inaequalibus $^1/_2$ — 3 poll. long., centralibus sessilibus; foliis floralibus 2—3 erectis, 1—5 poll. lg., raro longioribus; spiculis 3 — 9 in radiorum apice spicato-subdigitatis v. fasciculatis lineari- v. oblongo-lanceolatis obtusiusculis 5—3 lin., rariss. 8 lin. lg., 1 — 1 $^1/_2$ lin. lat. plerumque 16—12-, raro 24 — 36-floris, compressis; squamis chartaceo-membranaceis dense imbricatis leviter incurvis longiusculis ovato-oblongis v. oblongis *obtusissimis* obsolete 3—5-nerviis, *carina obtusiuscula inferne plana*, stramineo-fuscescentibus v. vario modo sanguineo- aut castaneo-variegatis; rhacheola rectiuscula, foveis oblongis brevibus; caryopsi

*) Wenn Steudel an der genannten Stelle den Halm der jugendlichen Pflanze behaart nennt, so beruht diese Angabe auf einer Täuschung. Derselbe nahm die rauhen Halme einer dem *Cyperus* beigemengten *Fimbristylis*-Art (*F. hispidula oligostach.*) für den Halm der von ihm beschriebenen Pflanze.

parva squama dimidio breviore *lenticulari-compressa* (rariss. triangulari) *margine obtusiuscula* exacte obovata basi tamen angustata apice rotundato-obtusa, breviter apicata dense granulata ferruginea v. fusca nitidula; stylo exserto, *haud elongato, usque ad medium fere bifido.*

C. rivularis Kunth l. c. p. 6. — *C. diandrus β. castaneus* Torr. l. c. p. 252. — A. Gray Manual 491. — *C. flavescens* Willd. hb. no. 1357, fol. 4. — *C. obtusus* Engelm. in sched. — *C. Elliottianus* N. ab E. herb. *).

β. Elongatus; in omnibus fere partibus elongatus; culmo solitario basi radicante 1—1 1/2 ped. lg. pertenui haud compresso; foliis remotis longe vaginatis valde inaequalibus, superiore longiore culmum subaequante, umbellae radiis interdum subramosis. — *C. flavicomus* Rugel coll. pl. american.

America boreal.

19. C megapotamicus Kunth.

Radice fibrosa, fibrillis validis; culmis plurimis dense caespitosis supra pedalibus erectis filiformibus v. setaceis triangularibus parum compressis inferne paucifoliatis; foliis culmeis longe vaginatis complicato-setaceis plerisque brevissimis, vix pollicaribus; floralibus binis satis inaequalibus, longiore 2—3 pollic.; capitulis solitariis subrotundis polystachyis (6—2 lin. crass.); spiculis parvis arcte confertis oblongis, interdum linearibus, acutiusculis saepissime 8-, raro 16-floris (2—4 lin. long., 3/4 lin. lat.); rhacheola recta vix leviter flexuosa, foveis latis; squamis chartaceis fuscescentibus v.

---

*) Diese Art wird oft mit *C. flavescens* verwechselt, dem sie im Aeusseren allerdings ähnelt.

Bei der erheblichen Verschiedenheit, welche zwischen *C. rivularis* und *C. diandrus* besteht, ist es auffallend, dass amerikanische Botaniker diese Arten vereinigt haben.

fusco-sanguineis, nitidis, ovatis v. oblongo-ovatis, superne parum angustatis, obtusiusculis v. acutatis carina obsolete 3- v. 5-nerviis; caryopsi minuta squama duplo triplove breviore elliptica lenticulari-compressa breviter apicata granulato-rugosa castaneo-fusca nitidula; stylo brevi, vix exserto.

C. megapotamicus Kunth l. c. p. 10. — *Scirpus megapotamicus* A. Spreng. in herb. Reg. Berol., nec planta homonyma ej. in Tentam. Suppl. descripta, nec illa herbarii patris, quae Rhynchosporae species. — *C. nematodes* Schrad. Chamisso in sched. — *Pycreus* N. ab E. l. c. p. 6.

Brasilia.

20. **C. cimicinus** Presl.

Radice fibrosa; culmo (7—8-pollic.) compresso-triangulari basi infima paucifoliato; foliis floralibus 3 *coriaceo-rigidulis* nitidis carinato-complicatis marginibus spinuloso-dentatis, inferiore ($1\frac{1}{2}$ poll. lg.) stricto, superioribus brevibus subreflexis; capitulo solitario orbiculato (8 lin. crass.); spiculis densis lineari- v. oblongo-sublanceolatis obtusiusculis 3 lin. long. supra lineam latis turgidulis 14 — 18-floris; squamis *orbiculato-ovatis obtusissimis* chartaceis nitidis carina *colorata* trinerviis, lateribus *atrofuscis brunneisque*, *dorso margineque ferrugineis;* caryopsis parva squama parum breviore *valde compressa obovato-elliptica* apicata *subreticulato-punctulata* fusco-cinerascente opaca; *stylo perbrevi haud exserto;* rhacheolae foveis brevibus latis. (Descr. juxta specim. authent.)

C. cimicinus Presl in sched. — *C. melanostachyus* Kunth partim.

In Peruvia v. in Chili, leg. Haenke.

21. **C tristachyus** Bcklr.

Radice fibrosa, fibrillis copiosissimis capillaribus; culmis

pluribus subsetaceis p. m. curvatis superne triangulis, striatis basi 4 1-foliatis; foliis perangustis ($^1/_2$ lin. lat.) viridibus carinato-planiusculis totis fere laevibus, culmo brevioribus; umbella triradiata, radiis apice plerumque tristachyis, intermedio brevissimo non raro 5-stachyo; ochreis truncatis; foliis floralibus 2—3 umbellam parum superantibus; spiculis remotiusculis patentibus sublanceolato-linearibus compressis 4—3 lin. lg., 12—20-floris; squamis densis adpressis latissime ovatis rotundato-obtusis, carina viridi nervata inferne plana, lateribus castaneo- v. fusco-variegatis; caryopsi squama fere dimidio breviore oblique obovato-orbiculari lenticulari-compressa, lateribus tumidula, apicata, scrobiculata nigricante nitidula; rhacheola tenui recta vix leviter flexuosa, foveis angustis sublinearibus angustissime marginatis; stylo caryopsi longiore.

α. Minor; dense caespitosus, culmis firmioribus 5—3 poll. lg., vaginis approximatis subomnibus foliiferis.

Caracas. (Gollmer.)

β. Elongatus; culmis paucioribus elongatis usque ad pedem longis debilibus, vaginis remotiusculis, inferioribus aphyllis; radiis umbellae lateralibus elongatis, saepius 1—2 poll. longis *).

Merida Columbiae. (Moritz.)

22. **C melanostachyus** Humb. et Kunth.

Rhizomate repente v. perpendiculariter descendente; culmis pluribus tenuibus v. crassioribus 6—12 poll. lg. *com-*

*) Von *C. picreus* Liebm. ist diese Art nach der betreffenden Beschreibung verschieden durch den dreikantigen, nicht trigonen Halm, durch die fast völlig glatten Blätter, durch längere, mehrblüthige Aehrchen, durch gepresste Früchte und längere Griffel, wie durch die anders beschaffene Aehrchenaxe.

presso-triangularibus paucifoliatis; foliis culmo plerumque brevioribus remotis planis v. compaginatis herbaceis v. crassiusculis apice marginibus dentato-spinulosis; umbella pluriradiata capitato-contracta sublobata (6—14 lin. lata); radiis sessilibus v. parum elongatis, quandoque breviramosis, polystachyis; involucro 3—4-phyllo, phyllis patentissimis, inferioribus 3—4 poll. lg.; spiculis *congestis* linearibus v. linearioblongis acutiusculis 3—4 lin. lg., 1 lin. lat., 14—10-floris; squamis nitidis remotiusculis vix patulis *lato-ovatis obtusis* flavo-fuscescentibus castaneo-punctulatis lateribus sursum castaneis v. totis atrocastaneis, carina viridula obsolete quinquenervia subplana v. quandoque apice acutiuscula; rhacheola subflexuosa, foveis angustis; caryopsi squama $^1/_3$ breviore lenticulari-compressa obovato-subelliptica non raro superne obliqua, apicata subtiliter lineolato-punctulata brunnea (immatura stramineo-flavida) opaca; stylo brevi vix exserto usque ad medium fere fisso.

C. melanostachyus H. et K. — Kunth l. c. p. 10 partim. — Willd. herb. no. 1317. — *C. variegatus* H. et K. (forma umbellae radiis quandoque magis elongatis, spiculis brevioribus squamisque pallidioribus). — Willd. hb. 1315. — *C. melanost.* var. *α.* et *β.* Liebm. Mexic. Halvgr. p. 13 et 14.

Mexico. (Aschenborn pl. Mexic. n. 122. Schiede.) Costa-Rica. (Dr. Carl Hoffmann.) Nova Granada. (Humb.)

β. Caespitosus; rhizomate abbreviato, fibrillis dense fasciculatis, culmis humilioribus (2—3 poll. lg) setaceis haud compressis, capitulis parvis pallidioribus.

Xalapa. (Schiede.)

23. C atronitens Hochst.

Glauco-virens; rhizomate repente, fibrillis validis; culmis pluribus erectis validulis v. tenuioribus saepius valde

elongatis ($1\frac{1}{2}$ — 3-pedal.) compresso-triquetris 2 — 3-foliatis; foliis longe vaginatis remotis membranaceis planis longis v. brevibus 1 — 2 lin. lat.; umbella 3 — 6-radiata; radiis sessilibus pedunculatisque ($\frac{1}{2}$ — 1 poll. lg.) apice multiramosis, ramis brevissimis 1 — 3-stachyis; involucri triphylli foliolis 2 — 5 poll. lg.; capitulis densis lobatis 2—5 lin. lat.; spiculis divergentibus lineari-oblongis acutis 8 — 10-floris, 2 lin. long., $\frac{2}{3}$ lin. lat.; squamis chartaceis nitidulis parum remotis *apice patulis* lato-ovatis *acutiusculis* lateribus atrocastaneis v. castaneo-fuscis, carina angusta subacuta trinervia cinerea v. flavescente; caryopsi *squamam subaequante* obovato-elliptica v. ovata, *biconvexa hinc obsolete angulata*, *umbonato-apicata subtilissime lineato-punctulata albido-cinerascente;* stylo brevi brevissimoque profunde diviso; rhacheola recta, foveis cuneiformibus.

C. atronitens Hochst. in herb. un. itin. Abyssin. no. 25. no. 312. (1840.) — Rich. l. c. 476. — Steud. l. c. 11. — *C. atronitens β. gracilis* N. ab E. herb.

β. Minor. Rhizomate non raro brevissimo; culmis caespitosis 5 — 8 poll. lg. minus compressis; foliis magis approximatis rigidulis; umbella capitato-contracta.

Schimp. it. Abyss. no. 118 et 574. — *C. elegantulus* Steud. in Regensb. Fl. 1842. p. 583. — Ej. Syn. p. 11.

Abyssinia.

24. C. nilagiricus Hochst.

Radice fibrosa; culmo 1 — 2-pedali erecto firmo obtuse triangulari inferne p. m. compresso basi 2 — 3-foliato; foliis culmo multo brevioribus carinato-planiusculis angustis, $\frac{1}{2}$ lin. lat., longe setaceo-acuminatis sursum marginibus minute spinuloso-dentatis; floralibus tribus 1 — 5 poll. lg.; umbella pauci-(3 — 5-)radiata, radiis brevibus subsessilibusque diver-

gentibus 5 — 12-stachyis; spiculis in radiorum apice subalternis, non raro geminatis, patentissimis lineari-lanceolatis acutis compressis 6 — 4 lin. lg., $^3/_4$ lin. lat., 16—24-floris; rhachilla vix flexuosa compressa submarginulata, foveis angustis; squamis chartaceis subdense imbricatis apice patulis *oblongo-ovatis obtusiusculis* atrocastaneis, superne margine membranaceis pallidisque, nitidis, carina angusta viridula trinerviis; caryopsi *squama $^1/_2$ breviore lenticulari-compressa obovata obtusa apicata lineato-punctulata* ferruginea v. rubiginosa; stylo haud exserto; stam. 2 persist.

C. nilagiricus Hochst. in pl. Ind. or. a Hohenack. edit. no. 945. — Steud. l. c. 2. — *C. Junghuhnii* Miq. fl. Ind. Bat. III. 260 — Hook. et Thoms. herb. Indic.

India orient.

β. Pauperior; foliis elongatis culmum subsuperantibus, umbellae radiis paucis brevissimis contractisve, spiculis parvis 10—12-floris atropurpureis.

C. nilagiricus var. *pauperior* Hochst. l. c. no. 945 a. — *C. atroferrugineus* Steud. l. s. c.

Mont. Nilghiri.

25 C globosus All. (emend.)

Radice fibrosa; culmis pluribus erectis tenuibus (1 — $1^1/_2$ ped. lg.) trigonis sulcatis ac striatis non raro p. m. compressis firmis v. debilibus versus basin paucifoliatis; foliis remotis culmo saepissime multo brevioribus perangustis complicatis longe setaceo-acuminatis; involucri foliolis 2 v. 3 filiformibus *flexuosis* marginibus spinuloso-dentatis, longiore non raro 6 — 8-*pollicari;* umbella 3 — 5-radiata, radiis valde inaequalibus *subramosis;* spiculis *numerosis* spicato-confertis patentissimis linearibus acutiusculis satis compressis multifloris (interdum curvatis); squamis *membranaceis densissime*

imbricatis apice extremo patulis, oblongo-ovatis v. lineari-oblongis obtusis v. raro acutiusculis marginulatis ex toto stramineo-pallidis v. rarius lateribus castaneis, aut fuscescentibus aut rubiginosis, carina viridula obsolete 5-nervia; rhacheola recta anguste foveata; caryopsi minuta *squama* 3—4-*plo breviore* lenticulari obovata v. obovato-elliptica, aut raro oblonga, apicata *punctulato-scabriuscula* brunnescente; stylo perbrevi profunde bifido; stam. 2 brevibus persistentibus.

Sieb. herb. ins. Maurit. n. 14. — Wallich herb. no. 3318 c. d. forma *microstachya*. — Zolling. pl. Javan. no. 75 et 1608. (sub: „*C. mucronatus*").

C. strictus Lam. et *C. divaricatus* ej. (Illustr. 1791.) teste specim. — *C. horizontalis* Willd. herb. no. 1355. — *C. flavidus* ibid. no. 1356. — *C. confertus* Lam. (v. frust. specim. auth.). — *C. capillaris* Koenig. — Nees ab Esenb. (partim). — *C. vulgaris* Kunth l. c. 4. — *C. conglomeratus* ej. — Willd. herb. no. 1361, nec Rottb. — *C. jungendus* Steud. l. c. 3. — *C. Junghuhnii* Hook. et Thoms. herb. Indic. pro parte.

India orient., Java, Ceylonia, Mauritius, Borbonia, Timor, China, Japonia.

β. Submonocephalus, glaucescens; culmo crassiore ac breviore (12 — 15 poll. lg.); foliis rigidis confertis latioribus longioribusque culmum non raro superantibus; inflorescentia magis contracta, radiis paucioribus; spiculis squamisque saepe latioribus stramineis.

C. globosus All. (Auctar. ad fl. Pedem. 1789.) — Reichenb. Cyper. f. 665. — Willd. hb. no. 1303. fol. 1. 2. — Hook. et Thoms. herb. Indic. (sub nom. *C. flavescentis*). — *C. fascicularis* Cand. (v. s.), non Lam.

Italia, Syria, Gallabat, India orient.

26. **C. Barteri** Boklr.

Glauco-virens; radice fibrosa tenerrima; culmis subsolitariis stricte erectis gracilibus filiformibus pedem circ. longis triangularibus leniter compressis, latere uno canaliculatis, laevibus; foliis (2 — 3) erectis rigidulis culmum subaequantibus perangustis ($^3/_4$ lin. lat.) acuminatis *complicatis* superne marginibus remote spinulosis; umbella simplici 4—2-radiata; radiis erecto-patulis setaceis $^1/_2$ - $1\,^1/_2$ poll. alt., centrali sessili 6—7-stachyo, reliquis 1—5-stachyis; ochreis angustis membranaceis transverse truncatis; involucri 3—2-phylli foliolo infimo umbella multo longiori (4—5-pollicari); spiculis arcte confertis, inferioribus patentissimis, lineari-lanceolatis v. oblongis obtusiusculis *leniter compressis* 19—7-floris, 5—$2\,^1/_2$ lin. lg.; squamis (magnis) *tenui-membranaceis late ovalibus concavis* subcarinatis obtusis muticis, dorso *nervato-striatis* vix viridulis, lateribus stramineo-pallidis, inter strias subferruginescentibus; infimis binis vacuis minoribus suborbiculatis; caryopsi grandiuscula squamae dimidium parum superante orbiculato-obovata *satis compressa* umbonata longitudinaliter *dense striolata*, *inter striolas porosa*, *fusco-rubiginosa*, opaca; stylo perbrevi, vix paulo exserto, tenuissimo.

In Nupe Africae occid. leg. C. Barter.

27. **C. Aschenbornianus** Boklr.

Culmo 14—8 poll. longo pertenui firmo leviter curvato obtuse triangulo, sulcato; foliis culmeis ....; inflorescentia subcapitato-contracta, pollicem circiter alta et lata, e radiis paucis (3) composita: radiis lateralibus sessilibus oligostachyis, intermedio brevi 7—5-stachyo, spiculis alternis; foliis floralibus 2 umbellam duplo superantibus *angustissimis rigidis* carinatis marginibus scabriusculis; spiculis patentissimis

lineari-lanceolatis 6—7 *lin. lg.*, 1 1/2 *lin. lat.* compressis 20 — 24-*floris;* squamis dense imbricatis apice subpatulis *lanceolato-oblongis* obtusis, carina obscure trinervia apice subacuta, *totis stramineo-fuscescentibus*, lateribus fuscis; caryopsi *squama fere triplo breviore* obovato-elliptica lenticulari-compressa *acuminato-mucronata* punctulis elevatis minutissimis dense obtecta brunnea v. rubescente opaca; stylo exserto ad medium usque bifido; rhacheola recta.

C. adustus N. ab E. herb., non Presl. — Herb. Aschenborn no. 121.

Mexico.

28. **C. nitidus** Lam.

Rhizomate *descendente*, interdum stolonifero; culmo 1/2 — 1 1/2-pedali erecto firmo triangulari basi plurifoliato; foliis culmo brevioribus v. parum longioribus *coriaceo-tenacibus* longe acuminatis *planis* 2 — 1 *lin. latis*, *margine subundulato obsolete denticulatis;* foliis floralibus 3 erecto-patulis latis, 2 — 4 poll. lg.; umbella 5 — 6-radiata, radiis centralibus subsessilibus *corymboso-ramosis*, reliquis pedunculatis, 1/2 — 1 poll. lg., erecto-patulis subramosis; ochreis *obliquc truncatis;* spiculis numerosis spicato-fasciculatis, inferioribus saepe geminatis, patulis divergentibusve, *oblongo-lanceolatis* acutis, v. raro lineari-lanceolatis, compressis 4 — 7 lin. lg., basi 2 lin. lat., 14 — 24-floris; squamis magnis subdense imbricatis ovato-oblongis rotundato-obtusis, dorso obscure 5-nerviis ex flavido-fuscescentibus, lateribus v. ex toto castaneis aut fuscis, nitidis, carina viridula; caryopsi *squama triplo breviore* lenticulari-compressa *depresso-obovata* obtusa, quandoque obovato- v. oblongo-elliptica (raro subtrigona) apicata punctulato-scabriuscula fusca opaca; stylo saepius *elongato* profunde bifido; filamentis longis latisve diu persistentibus; rhacheola recta.

C. nitidus Lam. Illustr. (1791) teste specim. Lamarck. ex herb. Vahl. — *C. lanceus* Thunb. Prodr. p. 19. (1794.) Ej. fl. Capens. I. 383. — Kunth l. c. p. 8 pro parte. — *C. pumilus* Rottb. l. c. t. 9. f. 4, non L. — *C. ater* Vahl l. c. 335. (v. specim. origin.). — Kunth l. c. p. 7.

Prom. bon. spei.

29. **C. macranthus** Bcklr.

Glaucescens; culmo pedali erecto firmo *trigono* striato, basi plurifoliato; foliis *culmo multo brevioribus crassiusculis* angustis (1 lin. lat.) *carinato-complicatis* longe angustato-acuminatis superne marginibus spinuloso-denticulatis; umbella 4—3-radiata *capitato-contracta* (2 poll. lata); radiis brevibus sessilibusque, intermediis longioribus subramosis; foliis floralibus 3 — 4 *umbellam aequantibus v. ea parum longioribus;* spiculis 3 — 4-fasciculato-congestis erecto-patulis maximis, *ad* 11 *lin. long.*, $2^1/_2$ *lin. lat.* compressis *sublanceolato-linearibus* acutiusculis 30 — 20-floris; squamis approximatis *oblongo-sublanceolatis obtusiusculis* castaneis dorso 5-striatis margineque undulato angusto fuscescenti-flavidis, carina viridula inferne lata et planiuscula superne plerumque subacuta; caryopsi squama 4-plo breviore *depresso-subobovata v. subcordata turgidula lineis transversalibus undulatis striolisque longitudinalibus notata rubiginosa nitente;* stylo elongato *breviter bifido;* filamentis elongatis latis persistentibus; rhacheola recta.

C. lanceus v. *macrostachya* Kunth l. c. 8.

Prom. bon. spei. (Drège, coll. no. 4394.)

30. **C. nigricans** Steud.

Rhizomate brevi subrepente fibrillis radicalibus validis sublignosis, quandoque stolonifero; *culmo pertenui* 6 — 10 poll. long. firmulo leviter curvato obscure triangulari pauci-

foliato basi vaginis foliorum emortuorum brunneis dense obtecto; foliis *setaceis* complicatis rigidulis obtusis marginibus subtiliter dentato-spinulosis, basilaribus culmo plerumque brevioribus, bracteantibus binis pollicem circ. longis; umbella *depauperata, biradiata;* radio inferiore sessili monostachyo, altero breviter pedunculato 3—4-stachyo; spiculis confertis *oblongo- v. ovato-lanceolatis* (statu florente interdum ellipticis) acutis compressis 4—5 *lin. lg.*, 2—2½ *lin. lt.*, 12—14-*floris;* squamis magnis oblongis apice rotundato-obtusis *ex toto atris* nitidulis, carina vix viridula obsolete trinervia; stylo filamentisque elongatis.

C. nigricans Steud. l. c. p. 12. — Rich. l. c. 476. — Schimp. herb. Abyssin. no. 1373.

Abyssinia.

b) Sqamae magnae ovato- v. oblongo-lanceolatae obtusae v. acutato-submucronulatae flavido-fuscescentes.

Fuscescentes, graciles. Spiculae compressae, rhachi latiuscula flexuosa, foveis oblongis. Stylus saepissime exsertus profunde bifidus. Antherae longae. (Bromiformes.)

31. **C. bromoides** Willd.

Fuscescens; culmo bipedali et ultra, tenui firmo ex triangulari leviter compresso, latere uno canaliculato, paucifoliato; foliis coriaceo-rigidis exacte linearibus complicatis 1½ lin. lat. margine remote spinuloso-denticulatis, superiore culmum subaequante; vaginis brunneis (suprema interdum 9 poll. lg.); involucri foliolis 2—3 *patentissimis* linearibus, *uno valde elongato*, ad 8 poll. lg.; umbella 4-radiata, radiis 6—7-stachyis, exterioribus 1—2 poll. lg., interioribus multo brevioribus; spiculis spicato-fasciculatis patentibus *satis compressis* lineari-lanceolatis acutis v. obtusiusculis 7

—6 lin. long., 2 lin. lat., 20—16-floris; squamis chartaceis *subdense imbricatis* apice patulis *oblongo-lanceolatis acuminatis* stramineo-fuscescentibus, dorso ferrugineo-lineolatis, margine superne undulatis, carina vix viridula 3- v. obscure 5-nervia apice acutiuscula; caryopsi *squama* 4 — 5*plo breviore subobovato-elliptica lateribus compressa breviter acuminata* transverse *lineato-granulata fusco-nigra nitidula.*

C. bromoides Willd. herb. n. 3353. — Kunth l. c. p. 8 ex parte.

America calidior. (Humboldt.)

32. C. pseudobromoides Bcklr.

Pallide-virens v. raro fuscescens; radice fibrosa; culmo firmo $1\frac{1}{2}$ — 2 ped. long. triangulari, angulis plerisque obtusis, leviter compresso, latere uno profunde canaliculato, versus basin 2—6-foliato; foliis culmum subaequantibus rigidis linearibus complicatis ($1\frac{1}{2}$ — 2 lin. lat.) sursum marginibus spinulosis, spinulis validulis patulis; involucri foliolis tribus *erectis* 7—1 poll. long.; umbella 5—3-radiata; radiis apice 9—6-stachyis, duobus valde abbreviatis, reliquis 1—2-pollicaribus; spiculis spicatim dispositis paulo remotis, inferioribus patentissimis, oblongo- v. ovato-lanceolatis compressis 6—4 lin. long., fere 2 lin. lat., 18—10-floris; squamis remotiusculis patulis *ovato-lanceolatis acuto-submucronatis lateribus stramineo-flavidis*, dorso ferrugineo-lineolatis superne margine undulatis, carina viridula *subquinquenervia*, *apice haud acuta;* caryopsi squama 3—4-plo breviore *lato-obovata* compresso-biconvexa *umbonato-apicata undulato-rugulosa fuscescente opaca.*

C. bromoides Kunth l. c. partim.

Prom. bon. spei (Drège), Nepalia, S. Dòmingo.

Variatio fuscescens culmo triquetro spiculisque fuscescentibus in Wallich. herb. sub no. 3324 a. partim.

33. C. angulatus N. ab E.

Fuscescens; radice fibrosa; culmo *pertenui* rigido 1—$1^1/_2$ ped. alto obscure *quadrangulari* basi subbifoliato; foliis rigidulis culmo paulo brevioribus angustis, interdum filiformibus, complicatis margine superne spinulosis, spinulis validulis patulis; floralibus tribus, inferiore 4 poll. long.; umbellae radiis plerisque 3—2, *brevibus* subsessilibusque 4—7-stachyis; spiculis approximato-spicatis, lateralibus patentissimis, oblongo-lanceolatis acutis compressis 6—4 lin. long., $1^1/_2$ lin. lat., 14—8-floris; squamis patulis chartaceo-membranaceis late oblongo-sublanceolatis acutiusculis *apice argute carinatis* submucronulatis, dorso trinerviis, fuscescentibus, superne margine angusto pallidiore undulatis; caryopsi *exacte obovata compresso-biconvexa* (latere uno interdum subangulata) *umbonata lineato-punctulata*, *punctulis applanatis*, rufescente.

C. angulatus N. ab E. herb.

Nepalia. (Wallich, coll. no. 3324 a cum alia spec. intermixtus.) Mont. Khasia. (Hook. et Thoms.)

β. Capensis; culmo longiore et crassiore triangulari, foliis latioribus ($1^1/_2$ lin. lat.) longioribusve marginibus denticulatis; umbellae radiis elongatis poly-(10-) stachyis; spiculis obscurioribus 16-floris squamisque acutioribus.

C. bromoides Kunth l. c. 8 pro parte.

Prom. bon. spei. (Drège, coll. no. 3958, part.)

34. C. spinuliferus Beklr.

Fuscescens; radice fibrosa; culmo tenui firmo subpedali *triquetro leviter compresso* subtriphyllo; foliis coriaceo-rigidis *planis* $1^1/_2$ lin. lat., longe angustato-acuminatis,

superiore culmum aequante; foliis floralibus 3 *latiusculis acuminatis erectis* $^1/_2$—4 poll. long., margine serrulato-spinulosis, spinulis *elongatis subtilibus subadpressis;* umbella subquadriradiata, radiis apice 4—6-stachyis, interioribus fere sessilibus, exterioribus 1—$^1/_2$ poll. long.; spiculis alternis subapproximatis *squarrosis ovato-oblongo-lanceolatis* v. ovatis 5—3 lin. lg., 2 lin. lt., 14—8-floris; squamis *chartaceo-coriaceis ovato-oblongis obtusiusculis*, quandoque mucrone brevissimo terminatis, stramineo-fuscescentibus haud pellucido-marginatis, carina viridula deorsum plana, *sursum acuta*, trinervia v. obsolete 5-nervia; caryopsi squama triplo breviore *latissime obovata*, *fere obcordata*, *lenticulari-compressa medio tamen turgida* umbonato-apicata *poroso-granulata* brunnescente.

Wallich. herb. n. 3324 a. partim. — *C. angulatus* Hook. et Thoms. herb. Indic. or. ex parte.

India orient.

35. C Selloanus Bcklr.

Radice fibrosa; culmo pertenui usque ad sesquipedem alto triangulari versus apicem triquetro, latere uno canaliculato; foliis basilaribus paucis (duobus) culmo brevioribus angustis superne angustatis, carinatis planiusculis v. complicatis sursum margine *spinuloso-dentatis;* umbella 4—3-radiata, radiis *valde abbreviatis*, altero quandoque paulo elongato; foliis floralibus duobus patentissimis, uno tripollicari; spiculis 5-nis spicatim aggregatis patentibus lineari-oblongo-lanceolatis acutis compressis 6—7 lin. lg., 1$^1/_2$ lin. lat., 18—16-floris; squamis stramineis v. fuscis membranaceo-chartaceis *oblongis longe lanceolato-acuminatis*, margine subundulatis, carina viridula obscure 3—5-nervia superne subacuta; caryopsi *lato-ovata turgida leniter compressa apice umbo-*

nata, rugulosa ac poroso-granulata brunneo-cinerascente aut fusco-straminea, opaca.

Brasilia (Sello), Mexico (Berlandier).

36. C latispicatus Bckl.

Fuscescens; culmo tenui firmo 8 poll. alto compressiusculo striato-angulato (v. obscure trigono v. subquadrangulo) basin versus pauci- (an semper uni-?) foliato; foliis culmo parum brevioribus angustis ($^1/_2$ lin. lat.) rigidulis sursum marginibus spinuloso-dentatis; *spiculis* **5—3** *in apice culmi dispositis, intermediis* **3 — 2**-*fasciculatis, fasciculo breviter pedunculato, lateralibus* (*binis*) *solitariis*, omnibus linearibus v. lineari-oblongis **8—6** lin. long., **2** lin. lat. obtusis compressis **20 — 24**-floris; involucro triphyllo; phyllis erectis, maximo tripollicari; squamis stramineo-fuscescentibus nitidulis *e basi lato-ovata sublanceolato-angustatis apice obtusissimis, carina acuta* obsolete plurinervatis, margine subundulatis; caryopsi squama triplo breviore *orbiculata turgida margine acutiuscula laevi, levissime tamen transverse undulato-rugulosa, atro-cinerascente* opaca, breviter mucronata; stylo incluso parte superiore tenuissimo, usque ad medium fere bifido; rhacheola *angusta* flexuosa, foveis angustis marginulatis.

C. latispicatus Bcklr. in Regensb. Fl. 1859. (Herb. propr.)

Bengalia (Griffith).

c. Squamae obovatae v. oblongae rotundato-obtusae parte superiore margine diaphano pallido cinctae, muticae.

† Squamae oppositae primo marginibus se tegentes, serius distinctae; rhacheola compressa flexuosa, foveis squamae oppositae basi descendente membranaceo-marginatis; ochreae atropurpureae.

37. C. sabulosus Mart. et Schrad.

Radice fibrosa; culmis *caespitosis* 8 – 12 poll. alt. rigidis triangularibus leviter compressis, latere uno profunde canaliculatis *infra medium plurifoliatis;* foliis *culmum superantibus* tenacibus planiusculis $1\frac{1}{2}$ lin. lat. longe acuminatis; vaginis ampliatis late pellucido-marginatis; umbella 8—10-radiata; radiis patentibus corymboso-ramosis, ramis patenti-divergentibus brevibus; ochreis suboblique truncatis ore tenui-membranaceis unidentatis; involucro poly-(6 – 7-)phyllo, phyllis 3 — 4 umbella duplo triplove longioribus; involucellis binis (quandoque nullis) brevibus setaceo-acuminatis; spicis terminalibus pollicaribus, lateralibus 6 — 8 lin. lg.; spiculis patentibus patentissimisque alternis confertis lineari-lanceolatis acutiusculis 3 *lin. long.*, $\frac{3}{4}$ *lin. lat.*, 12 — 16-*floris;* squamis *minimis arcte imbricatis*, fructiferis distinctis, obovatis, carina viridi quinquenerviis, lateribus stramineo-lutescentibus, dorso saepius brunneo-lineolatis, albido-marginulatis; caryopsi *minutissima squama* $\frac{1}{3}$ *breviore lato-obovata* lenticulari *apice rotundata*, mucronulata *punctulato-scabriuscula rubiginosa* nitida; stam. 3 brevibus caryopsin parum superantibus, antheris minimis oblongis, *stylo perbrevi ad medium usque diviso;* rhacheola angusta rectiuscula, foveis angustis linearibus.

C. sabulosus Mart. et Schrad. in litt. — *Pycreus* N. ab Es. Fl. Bras. p. 10.

Brasilia.

38. C. colchicus C. Koch.

Radice fibrosa; culmo *solitario* (6—7 poll. alto) erecto firmo triangulari leviter compresso canaliculato, basi *pauci-* (2 — 3-) *foliato;* foliis basilaribus *culmo multo brevioribus* rigidulis complicatis sublaevibus; floralibus 3 — 4 umbella

depressa pluriradiata duplo longioribus, carinula margineque subadpresso-spinulosis; radiis patentibus brevibus inaequalibus corymboso-ramosis, ramis patentibus patentissimisve brevibus; spiculis alternis subconfertis, inferioribus patentissimis, omnibus linearibus acutiusculis 4 — 5 *lin. long.*, 1 *lin. lat.*, 12 — 29-*floris;* squamis remotis *oblongis obtusiusculis* stramineo-rufescentibus ac fuscescentibus superne margine pallidioribus pellucidis, carina obsolete 3 — 5-nervia; caryopsi majuscula *squama fere dimidio breviore* lenticulari-compressa *obovato-elliptica* apicata *granulis parvis dense conspersa, atra nitente;* stam. 3 brevibus; stylo vix exserto *breviter bifido.*

C. colchicus C. Koch Beiträge, p. 623.

Mingrelia.

39. **C. tremulus** Poir.

Culmo pluripedali ex triquetro mag. min. compresso, non raro medio tres lineas lato; involucri foliis 5 erectis coriaceo-tenacibus latiusculis planis longe angustato-acuminatis, longioribus pedem longis, marginibus carinaque scabris; corymbo umbelliformi multi- (9 — 12-) radiato ad 8 poll. alto; radiis patenti-erectis valde inaequalibus, longioribus 4 — 5-pollicar., apice multiramosis; ochreis truncatis, inferioribus saepe bicuspidatis, reliquis muticis; radiis partialibus (rariss. iterum divisis) alternis inaequilongis, usque ad pollicem long., bracteas lineari-setaceas superantibus v. aequantibus; spica pollicari; spiculis subdistichis remotis interdum geminis bracteola setacea munitis, fructiferis lineari-lanceolatis 3 — 4 lin. lg., $^3/_4$ lin. lat., 8 — 12-floris, inferioribus divergentibus; squamis remotiusculis arcte imbricatis demum patentibus liberis, obovato-cuneiformibus, dorso 3-, v. obsolete 5-nerviis, superne albido-marginatis, lateribus stramineo-rufescentibus

v. fuscescentibus, carina angusta planiuscula viridi; caryopsi majuscula *squamam fere aequante* compressa *obovato-oblonga apice fere truncata* breviter apicata, granulata brunnea; filamentis *binis longis ac latis;* stylo brevi profunde bifido; rhacheola flexuosa compressa, foveis longis angustis lineari-subcuneiformibus. — (Plantae pars superior tantum exstat.)

C. tremulus Poir. ex Kunth. Cyper. p. 16. — Sieb. herb. Maurit. no. 7. — *C. retusus* N. ab E. herb. — Steud. l. c. p. 11.

Mauritius.

β. Opulentus. (Bcklr. in Cyperac. Mossamb.) Inflorescentia partiali magis explicata; bracteis radiolorum abbreviatis; spiculis linearibus multifloris.

Mosambique. (Peters.)

γ. Minor. Radice fibrosa; culmo bipedali usque ad medium circiter foliato; foliis paucis remotissimis quam in forma typica tenuioribus et mollioribus; spiculis 5-floris squamisque oblongis. (Juxta specimen adhuc juvenile.)

C. stachyophorus C. Koch Beitr. p. 623.

Trebisond.

40. **C.. flavicomus** Michx.

Culmo erecto 1 — $1\frac{1}{2}$-pedali compresso-triangulari, 1 lin. lato; foliis floralibus valde inaequalibus membranaceis planis, inferioribus binis patentissimis perlongis, infimo suprapedali, reliquis multo brevioribus ac angustioribus umbella 7 — 9radiata subbrevioribus; umbellae radiis erecto-patulis satis inaequalibus, longioribus $1\frac{1}{2}$ — 2 poll. lg. *brachiato-ramosis,* brevioribus indivisis; ramis brevissimis patentibus *bractea perbrevi subsetacea fultis;* spica intermedia pollicari, lateralibus parum brevioribus; ochreis transverse trun-

catis ore non raro dentatis; spiculis (16 — 30) alternis approximatis interdum geminis *subomnibus patentissimis* 4 lin. long., fructiferis 1 lin. lat. lineari-lanceolatis, 10 — 12-floris (12 — 30-floris, Torrey); squamis obovatis rotundato-obtusis *margine lato niveo undulato apice parum eroso circumdatis*, lateribus rufis, *dorso evidenter* 5-*nerviis;* caryopsi squama $^1/_4$ breviore *lato-obovata* v. obovata compressa *apice rotundata brevissime apicata granulata castanea, granulis applanatis* non raro lacteis (quandoque porosis); filamentis tribus caryopsi paulo longioribus; stylo brevissimo profunde bifido; rhacheola *flexuosa* compressa foveis *perangustis* ellipticis. — (Suppetit plantae pars superior.)

„Radix fibrosa. Culmus tuberascens .... basi foliosus. Folia culmum subaequantia ... Vaginae pollicares v. sesquipollicares ..." Nees ab Esenb. Cyper. Brasil. p. 9.

C. flavicomus Michx. Flora I. p. 27. — Mühlenb. Descr. ub. p. 24. — Vahl l. c. 360. (v. frustul. pl.) — Torrey l. c. 253. — Kunth l. c. 15. — *C. albo-marginatus* Mart. et Schrad. in litt. (fide Nees). — *Pycreus* N. ab E. l. s. c.

America sept.

41. **C. Hochstetteri** N. ab E.

Radice fibrosa; culmo infirmo erecto bipedali satis compresso infra apicem *triquetro*, sursum leviter attenuato, subunifoliato; foliis ($^1/_2$ — 1 ped. long.) *longissime vaginatis* angustis planiusculis longe angustato-acuminatis subflexuosis, marginibus laeviusculis; floralibus 3 — 4 erecto-patulis valde inaequalibus latiusculis marginibus scabris, extimo supra pedali; umbellae radiis (8 — 9) valde inaequalibus, longioribus 2 — 3-pollicar., non raro brachiato-ramosis; ramis brevibus bracteis lineari-setaceis fultis; ochreis truncatis ore sub-

dentatis; spiculis multis solitariis alternis confertis, inferioribus divergentibus, *flaccidulis satis compressis* lineari-lanceolatis 6 — 9 lin. long., 1 1/2 — 2 lin. lat., 12 — 20-floris; squamis remotis primum adpressis, postea patentibus, late oblongis flavido-rufescentibus, dorso viridulis obsolete 5-nerviis, *apice tantum marginatis*; caryopsi magna squama parum breviore *subrotundo-obovata* compressa, margine obtusa, apice rotundata, *subumbonato-apiculata*, granulis (poriferis) obtecta nigra nitidula; stylo haud exserto breviter bifido; rhacheola flexuosa compressa, foveis longis perangustis.

C. retusus Hochst. (nec Nees) in Schimp. herb. Abyssin. no. 1199. — *C. Hochstetteri* N. ab E. herb. — *C. Hochstetteri* var. Steud. Syn. p. 11.

Abyssinia. — Gallabat. (Schweinfurth.)

β. Minor; glaucescens; culmo tenuiori 1/2 — 1 1/2-pedali plurifoliato; foliis approximatis culmum subaequantibus complicatis; inflorescentia depauperata; spiculis paucioribus minus approximatis pallidioribus. — Kotschy herb. Nubic. no. 52. — *C. retusus* Hochst. in sched. — *C. Hochstetteri* Steud. Syn. p. 11.

Nubia.

42. C. puncticulatus Vahl.

Radice fibrosa; culmo subsolitario erecto 1 — 2-pedali triangulari v. triquetro non raro compresso inferne foliato ibique vaginis ampliatis membranaceis incrassato; foliis culmum superantibus *tenacibus complicatis late carinatis margine undulato* vix denticulatis; umbella ampla 8 — 10-radiata, radiis inaequalibus, omnibus tamen pedunculatis, longioribus 2 — 5 poll. long. brachiato-ramosis; ochreis truncatis acumine brevi obtuso terminatis; ramis setaceis *divergentibus* polystachyis, inferioribus bractea brevi subsetacea fultis; foliis

floralibus 3 — 5 valde inaequalibus, uno alterove longissimo; spiculis alternis remotis patentissimis, inferioribus subreflexis, lineari- v. oblongo-lanceolatis 4 — 8 lin. long., $^3/_4$ — $1\,^1/_2$ lin. lat., 12 — 26-floris; squamis lato-ovato-subellipticis v. obovato-subcuneiformibus, infra apicem rotundatum subemarginatum brevissime mucronatis v. muticis, carina viridula 5-nerviis, lateribus stramineo-pallidis purpurascentibus v. fusco-purpureo-variegatis; caryopsi squama $^1/_3$ breviore *lato-obovata parum obliqua* apice *subemarginato-truncata*, brevissime apicata dense punctulata fuscescente; stylo vix exserto breviter bifido; filam. 2 longis angustisque. — Wallich hb. no. 3336, a. b. — *C. puncticulatus* Vahl l. c. 348. — Kunth l. c. 15. excl. var. *β*. — *C. procerus* Herb. Klein. — Willd. hb. 1374, fol. 2. — *C. inundatus* N. ab E. herb. — Wight. herb. (non Roxb.). — *Pycreus Bachu* N. ab E. herb.

Penins. Ind. or. — Ceylona. (Thwaites, coll. no. 3316.)

43. **C. patuliflorus** Bcklr.

Culmo *acute triquetro* mag. min. compresso; foliis floralibus 5 — 7 latiusculis (latioribus 3 — 4 lin. lat.) planis longe angustato-acuminatis vix carinatis, inferiore supra pedali; umbella amplissima multi- (8 — 12-) radiata, radiis patentibus omnibus pedunculatis sed valde inaequalibus, longioribus ad 8 pollic. longis, ramosis; ramis 10 — 5 umbellato-aggregatis, lateralibus patentibus subelongatis, omnibus folio setaceo longiusculo munitis, polystachyis; spiculis spicatim dispositis patentibus bracteola setacea fultis lineari-lanceolatis (minoribus oblongo-lanceolatis) *acuminatis* 12 — 4 lin. lg., medio $1\,^1/_2$ lin. lat.; squamis remotis alternis, fructiferis patentissimis, ovato-oblongis, dorso tenuiter 5-striatis stramineo-fuscescentibus v. purpurascentibus a basi fere ad apicem late marginatis; caryopsi magna *late obovato-subelliptica* com-

pressa apice *rotundato-obtusa* breviss. apicata squama $^1/_4$ breviore densiss. elevato-punctulata, punctulis poriferis, nigra subnitente; stylo brevi tenuique profunde bifido. — (Elegantissimae speciei et insignis pars superior exstat.)

India orient. (Ex herb. Liudley. — Hook. et Thoms. herb. Indic. sub nom. *Cyperi inundati* [Roxb.]).

†† Squamae pallidae vix coloratae; rhacheola rectiuscula squama suo latere decurrente angulis angustissime marginata.

44. **C. fugax** Liebm.

Tota planta tenuis et flacca caespites graciles formans, radice fibrosa tenui; culmis compresso-triangularibus 7 — 3 poll. long. inferne 3 — 2 vaginatis; vaginis *hyalino-pallidis subtiliter nervatis*, superiore plerumque tantum foliifera; foliis viridibus membranaceis acuminatis 3 — 2 poll. lg., $^1/_2$ lin. lat. planis laevibus, floralibus tribus umbellam 5 — 6-radiatam superantibus; radiis setaceis compressis $^1/_2$ — 2 poll. lg., intermedio subsessili quandoque brachiato-ramoso; ochreis oblique truncatis hinc breviter acuminatis; spiculis 6 — 10 in apice radiorum alternis subdense aggregatis patentissimis lineari-lanceolatis *valde compressis* 7 — 5 lin. long., $^1/_2$ lin. lat., 16 — 24-floris, inferioribus raro bracteola foliacea subelongata munitis; squamis parvis *tenui-membranaceis* remotis superne patulis obovato-ellipticis obtusis angustissime marginatis pallidis, lateribus dilute purpureo-fuscescentibus, carina obscure trinervata viridi; rhacheola pertenui leviter flexuosa; caryopsi minuta squama $^1/_3$ breviore *oblonga* compressa *obtusa* apiculata punctulis minutis elevatis *poriferis* dense conspersa brunnea v. grisea, nitente; stylo *brevissimo*, fere nullo, stigmatibus haud exsertis.

Pycreus Olfersianus N. ab E. Cyper. Brasil. p. 9. et herb. ex parte.

Brasilia.

β. Humilis. Dense caespitosus, rigidulus, glauco-virens; culmis setaceis $1\frac{1}{2}$ poll. long. haud compressis; foliis subpluribus culmum subaequantibus setaceis canaliculato-complicatis flexuosis; umbella 3—4-radiata, radiis abbreviatis non raro omnibus fere sessilibus.

C. fugax Liebm. Halvgr. p. 8. (v. s.)

Mexico.

††† Squamae stramineo-fuscae basi haud decurrentes.

45. **C. Afzelii** Bcklr.

Gracillimus; viridis; radice fibrosa; culmis pluribus *filiformibus* erectis usque ad pedem longis triangulis sulcatis striatisve 1—2-foliatis; foliis *setaceis complicatis* laevibus, superiore 2—3 poll. longo; umbella *depauperata*, subbiradiata, *radiis sessilibus;* foliis *duobus* floralibus *erectis* ($\frac{1}{2}$ — 2 poll. long.) *basi parum dilatatis;* spiculis 6—3 subfasciculatis, fructiferis patentissimis, sublanceolato-linearibus 5—3 lin. long., $\frac{3}{4}$ lin. lat., compressis 24—12-floris; rhacheola recta subcompresso-quadrangula, foveis angustis oblongis haud profundis; squamis parvis remotiusculis patulis membranaceis subcuneiformi-obovatis, superne margine angusto pellucido crispulo circumdatis, *naviculari-concavis* apice obtusissimis, lateribus stramineo-fuscis, carina viridula superne tantum acutiuscula, evidenter trinervia, nervis remotiusculis infra apicem evanescentibus; caryopsi minuta squama dimidio breviore satis compressa subobovata *apice truncata* breviter apicata *basi infima valde attenuata*, punctulis elevatis minutissimis dense obtecta rubro-fusca; stylo brevi tenuissimo apice bifido *).

*) Diese Art ähnelt dünnen Formen des *C. globosus*, von denen sie jedoch durch die sehr dünnen Halme und Blätter, durch

Sierra Leone (Afzelius).

d. Squamae oblongae v. ovatae acutae v. acutiusculae, breviter mucronatae.

46. **C. chrysanthus** Bcklr.

Culmo bipedali compresso-triangulari basin versus pauci-(an semper uni-?) foliato; foliis tenacibus carinato-complicatis angustis ($1\frac{1}{2}$ — 2 lin. lat.) breviter acuminatis laevibus apice vix marginibus remotissime punctato-dentatis, culmum paulo superantibus; involucri triphylli foliolo infimo 4-pollicari; umbella pauci- (5-) radiata; radiis polystachyis, exterioribus patulis $1\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{2}$ poll. long. subindivisis, intermedio brevissimo brachiato-ramoso, ramis elongatis; ochreis angustis transverse truncatis ore pellucido-membranaceis; spiculis spicato-confertis patulis divergentibusve lineari-lanceolatis 6 lin. long., 1 lin. lat., compressis 16 — 18-floris; squamis densiuscule imbricatis apice vix patulis obovato-oblongis obtusiusculis mucronatis membranaceis, carina tenuiter plurinervatis, superne margine hyalino-pallidis undulatis, ex toto pallide aureis rufescentibus nitidis, infima vacua truncato-obtusissima brevi; rhacheola recta, foveis angustis oblongis squama opposita descendente marginatis; caryopsi squama $\frac{1}{2}$ breviore obovato-elliptica compressa brevissime apicata punctulato-scabriuscula fuscescente nitidula; stylo brevi tenui; filamentis 3 tenuissimis niveis. — Drège coll. pl. African. no. 4409 *).

Promont. bon. spei.

---

sitzende Strahlen und die weit kleineren, sehr verschieden geformten, locker stehenden Schuppen, durch anders geformte, gestutzte Früchte, wie durch die sehr flachen Grübchen der Aehrchenaxe leicht zu unterscheiden ist.

*) Das Aeussere dieser Art erinnert an die unter *b.* verzeichneten Species, während sie in anderer Beziehung den Gliedern der mit *c* † berzeichneten Section näher steht.

47. C. permutatus Bcklr.

Culmo sesquipedali tenui triangulari v. trigono leviter compresso sulcato ac striato basi pauci- (bi-) foliato; foliis subrigidis angustis (1 lin. lat.) breviter acuminatis complicatis 4 — 5 *poll. long. laevissimis; umbellae radiis paucis sessilibus;* fasciculis spicularum capitato-confertis; capitulo suborbiculato circ. 9 lin. crasso; foliis involucralibus 3 — 4 patentissimis v. deflexis 1 — 4 poll. long., marginibus subdenticulatis; spiculis oblongo- v. lineari-lanceolatis compressis 6 — 4 lin. long., 1 lin. lat., 16 — 24-floris; squamis longiusculis dense imbricatis sublanceolato-oblongis *acuto-mucronatis* chartaceis nitidulis, carina subacuta trinervia v. obscure 5-nervia, lateribus castaneis, dorso margineque pallide ferrugineis; caryopsi (non perfecte matura) minuta squama quadruplo breviore obovata *turgido-biconvexa* apice rotundato-obtusa umbonulata, *lacunosa* fusco-cinerascente; stylo exserto profunde diviso; stam. 3.

C. lanceus γ. ? mucronatus Kunth l. c. p. 8.

Prom. bon. spei. (Drège, coll. n. 4398. n. 4399.)

48. C. polystachyus Rottb. (emend.).

Radice fibrosa; culmis caespitosis strictiusculis gracilibus v. robustis 1 — 1 ½ ped. alt., interdum multo brevioribus, triangulis, non raro pl. m. compressis, lateribus profunde striatis, basi subtuberascentibus, inferne plurifoliatis; foliis culmo brevioribus remotis v. confertis rigidulis v. mollioribus latiusculis v. angustis sublonge acuminatis (quandoque lineari-lanceolatis) viridulis v. glaucescentibus; umbella composita pluriradiata, saepius capitato-contracta; radiis brevissimis v. partim elongatis, usque ad pollicem long.; ochreis truncatis muticis v. 1—2-dentatis; involucro polyphyllo, phyllis nonnullis umbella duplo triplove longioribus, non raro longissimis;

spiculis corymboso-fasciculatis confertissimis pedicellatis angustis lineari-lanceolatis acutis complanatis multifloris; pedicello bracteola minima basi praedito squamaque infima vacua subobcuneiformi obtecto; squamis fertilibus ovato-ellipticis acutiusculis interdum obtusis, mucronulatis, carina viridi 3—4-nerviis, interdum subenerviis, lateribus stramineo-pallidis lutescentibus v. rufescentibus, aut ferrugineis; stamin. 2, raro 1 (in var. subtribus); caryopsi squama $^1/_3$—$^1/_2$ breviore *oblonga v. lineari-oblonga* lenticulari-compressa (rariss. compresso-subtrigona) *apice fere truncata* breviss. apicata *punctulis poriferis obtecta* brunneo-cinerascente v. rubro-fusca, nitidula; stylo exserto profunde bifido; rhacheola tenui flexuosa primo membranaceo-marginata, foveis oblongis angustis.

C. polystachyus Rottb. l. c. 39. t. XI. f. 1. (fructus et stylus non recte delin.). — Kunth l. c. p. 13. — Presl l. c. (v. s.) — Willd. herb. 1321. fol. 1—5. — Sieb. hb. Maur. n. 10. — Ej. fl. Martin. n. 13. — Wallich hb. n. 3340b. — *C. paniculatus* Rottb. l. c. p. 40. — Vahl l. c. p. 333. (forma radiis elongatis). — *C. fascicularis* Lam. (v. s.) — *C. brizaeus* Willd. hb. n. 1320. — Presl Rel. Haenk. (teste specim. Haenk.). — *C. subulatus* R. Br. Prodr. ed. Neesii p. 73. — Sieb. Agrost. n. 143. (forma tenerrima). — *C. Sonderi* Schmidt (ex specim. Bolleano). — *C. microdontus β. Texensis* Torr. Engelm. in Lindheimer pl. Texens.

Italia. Ins. Promont. virid., Mauritius, Borbonia, Luzon, Java, Ceylona, Penins. Ind. or., Africa austr. et meridion., China, Nova Holland., Ins Marian., Sandwicens., America meridion. et insulae, Mexico.

β. Leptostachyus, viridis; subdense caespitosus; foliis latiusculis v. angustioribus membranaceis culmum tenuem 12-

ad 4-pollicarem saepius superantibus; umbellae radiis setaceis $^1/_2$ — 1 poll. long. non raro brachiato-ramosis; spiculis approximatis patentibus v. fasciculatis, brevibus et angustis, 5 — 2 lin. long., 8—20-floris; squamis brevissime mucronatis v. submuticis stramineo-pallidis quandoque flavescentibus v. ferrugineo-purpurascentibus, dorso late viridibus.

C. holosericeus Hort. Hafn. — Link. Hort. I. p. 317. — Kunth l. c. p. 15. — *C. incrassatus* Beyr. herb. — *C. Gatesii* Torr. l. c. 255. (v. specim. authent.)

America boreal.: New Orleans (T. Drummond, coll. n. 386, bis), Georgia (Beyrich), Alabama (Torrey), Texas (Drummond, coll. n. 454).

a. Glaucescens; foliis rigidioribus perangustis culmo multo brevioribus; umbella fasciculato-contracta, radiis brevissimis; spiculis fasciculatis.

In insula Trinitatis leg. Müller. (Reliq. Lehmann.)

γ. Macrostachyus; glauco-virens; culmis tenuibus (quandoque setaceis) 12 — 2 poll. long. quam folia angusta saepissime longioribus; umbellae radiis brevibus sessilibusve v. interdum elongatis, patentissimis; spiculis usque ad pollicem long. $1^1/_2$ lin. lat. remotis patulis v. divergentibus; squamis remotiusculis chartaceis luteo-fuscis nitidulis.

C. filicinus Vahl l. c. 332. — Kunth l. c. 14. — *C. Nuttallii* Torr. et *C. caespitosus* ej. olim l. c. p. 253. — *C. Torreyanus* Schult. Mant. II. p. 101.

America sept.

δ. Ferrugineus; rhizomate brevissimo v. raro elongato descendente lignoso; umbella saepissime magis explanata et laxiore radiis longioribus patentissimis; spiculis paucioribus remotis divergentibus, quandoque tamen approximatis subfasciculatis; squamis ferrugineis v. sanguineo-fuscis aut

sordide stramineo-fuscescentibus, interdum muticis; stam. 2 v. (in *C. ferrugineo* et *C. micanti*) 3.

C. ferrugineus Poir. ex herb. Willden. no. 1373. — Kunth l. c. 11. — Sieb. hb. Maurit. no. 5. et Fl. mixta no. 133. (sub nom. *C. torosi* Vahl). — *C. polystach.* var. *fusca* N. ab E. herb. — *C. polystachyus* Hook. et Thoms. herb. Indic. — *C. micans* Kunth l. c. 12. — Varietat. forma *microstachya*: *C. olivaceus* Vahl l. c. 332. (sec. frustul. pl. authent.). *C. intactus* ej. — *C. plenus* Heyne herb. — Wallich hb. no. 3332, b. — Kunth l. c. 12. — *C. Hookerianus* W. et A. in herb. Neesii.

Prom. bon. spei, Mauritius, Borbonia, Ceylona, Ind. or., Bankok.

49. **C. coromandelinus** Spreng.

Radice fibrosa, fibris capillaribus; culmis caespitosis tenuibus 9 — 5 poll. alt. leviter curvatis triangularibus saepiss. compressis; foliis culmum subaequantibus perangustis planis; spiculis in apice culmi spicato-fasciculatis lineari-lanceolatis acutis compressiusculis 10 — 4 lin. lg., 60 — 20-floris; fasciculis 3 v. 2 alternis, 6 — 3-stachyis bracteatis; bractea infima 2 — 3-pollicari; squamis dense imbricatis ovato-lanceolatis acutato-mucronatis, carina trinerviis, totis stramineo-pallidis subflavescentibus; rhacheola recta, foveis oblongis brevibus ac profundis; caryopsi minuta squama fere triplo breviore elliptica turgido-lenticulari brevissime apicata transversim rugulosa, brunnea v. castanea nitida; stylo exserto breviter bifido; stam. 2.

C. coromandelinus Spr. Syst. I. p. 217 et herb. — *C. stramineus* N. ab E. herb. — Wallich, coll. no. 3320, b.

India orient.

50. C. Thouarsii Kunth.

Rhizomate obliquo brevi pennam anserinam circ. crasso, fibrillis capillaribus rigidulis; culmis pluribus gracilibus infirmis 12 — 4 poll. long. compresso-triangularibus basi foliatis; foliis culmo brevioribus aut longioribus rigidulis carinato-subplanis marginibus spinuloso-dentatis; umbella *pauci-*(5 — 3-) *radiata*, radiis setaceis brevibus sessilibusque *indivisis* erectis v. patentibus; involucro triphyllo v. raro 5-phyllo, phyllo extimo 3 — 6 poll. lg.; spiculis 6 — 4 in radiorum apice alternis remotiusculis divergentibus, v. densioribus fasciculatis, compressis linearibus acutiusculis 6 — 3 lin. lg., 1 lin. lat., 21 — 9-floris; squamis *chartaceis lato-ovatis* obtusiusculis *anguste marginatis* obsolete mucronatis, dorso 5-nerviis, nervis *parum remotis*, carina viridi, lateribus purpureis v. interdum sordide stramineis; caryopsi squama fere dimidio breviore *oblique elliptica utrinque rotundato-obtusa compresso-subtrigona* breviss. apicata punctulis poriferis dense obtecta fusco-nigra nitidula; stylo elongato profunde bifido; *stam.* 3; rhacheola flexuosa validula, foveis angustis linearibus marginulatis.

C. Thouarsii Kunth l. c. 12. — *C. glaber* Aub. du Petit-Th. (teste specim. ex Museo Paris.). — Forma tenuis, radiis 2 — 3-sessilibus, 1 — 2-stachyis: *C. pentadactylus* Willd. herb. no. 1295, fol. 2 et 3. — Forma major culmis pedalibus et ultra quam folia subbrevioribus: *C. foliosus* Willd. herb. n. 1330. — Kunth l. c. p. 11. — *C. ferrugineus* Poir. in herb. Mus. Paris. (fide Kunth.).

Mauritius, Borbonia.

51. C. Boivini Bcklr.

Rhizomate *pertenui lignosulo superne incrassato* multicipi, caespitifero; culmis tenuibus 2 — 1 poll. long. *superne*

trigonis inferne triangularibus, basi subbulboso-incrassata vaginis efoliatis fusco-purpureis laminiferisque pluribus (6) vestitis; foliis confertis patentibus culmum paulo superantibus rigidulis crassiusculis carinato-canaliculatis, sed planiusculis, margine carinaque usque fere ad basin spinuloso-dentatis; spiculis **12 — 6** *in culmi apice densissime fasciculatis;* fasciculo angusto (**4 — 5** lin. alto, superne **3 — 4** lin. lato) bracteis **3 — 4** ipso subtriplo majoribus erectis involucrato; radiis fere omnibus plane sessilibus; spiculis *strictis* oblongo-lanceolatis **3 — 4** lin. lg., **10 — 8**-floris *valde compressis;* squamis sublanceolato-ovatis fere complanatis *acute carinatis* e carina mucronulatis, dorso tenui nervatis, pallide stramineis fusco- et dilute sanguineo-variegatis; caryopsi non perfecte matura minuta elliptica compressa apiculata densissime elevato-punctulata ex roseo fuscescente; rhacheola *crassiuscula* subflexuosa, foveis *latis profundisque cuneato-oblongis* vix marginulatis; stylo exserto.

Boivin pl. Borbon., sine nro. — (Herb. propr.)

Borbonia.

e. Squamae (e carina) acuminatae.

52. C. hyalinus Vahl.

Viridis; radice fibrosa pertenui; culmis pluribus **8 — 3** poll. lg. trigonis subcompressis basi plurifoliatis; foliis culmo longioribus membranaceis planis latiusculis cuspidatis, floralibus **6 — 4** umbella subsexradiata multo longioribus; radiis valde inaequalibus, longioribus **1 — $^1/_2$** poll. lg., omnibus simplicibus v. raro brachiato-ramosis; ochreis truncatis ore subunidentatis; spicis ($^1/_2$ **— 1** poll. lg.) oblongo-cylindraceis multispiculatis; rhachi quadrialata; spiculis **3 — 4**-seriatim dispositis remotiusculis et divergentibus oblongis basi subobliquis complanatis **6 — 8**-floris vix **3** lin. long., **1 $^1/_3$** lin.

lat.; squamarum vacuarum superiore ovato-suborbiculari apice rotundato-obtusa, floriferis (majusculis) oblongo-ovatis acuminatis tenui-membranaceis pellucidis lateribus stramineo-pallidis, interdum lutescentibus, sexstriatis, carina lata acutiuscula nervo mediano saepius spinuloso-scabriusculo, acumine valido acutiusculo subrecurvo, viridulis; caryopsi squama circ. $^1/_3$ breviore satis compressa oblique obovata apice retusa, punctulata, punctulis applanatis poriferis, brunnescente nitidula; stylo haud exserto usque fere ad basin bifido; stam. **2** tenuissimis.

C. hyalinus Vahl l. c. **329.** — Kunth l. c. **3.** — *C. pumilus* N. ab E. herb.

Penins. Ind. or. (Ex herb. Wight.)

53. C. nitens Vahl. (emend.).

Radice fibrosa caespitifera tenui; culmis tenuibus triangularibus inferne saepius p. m. compressis, basi foliatis; foliis culmo longioribus v. brevioribus *angustis* carinato-planis, floralibus **3**—**4** tri- semipollicaribus; umbella **3**—**6**-radiata saepe capitato-contracta, radiis valde inaequalibus apice polystachyis, interdum brachiato-ramosis; spiculis *congestis* oblongo-lanceolatis v. linearibus acutiusculis compressis *multifloris;* squamis lato-ovatis v. obovato-subellipticis (raro lineari-oblongis), apice subexcisis, *obsolete* **5**-*nerviis*, lateribus pallidis, inferne non raro vario modo coloratis, plerumque nitidulis, acumine patulo; caryopsi *minima squama fere triplo breviore* brevi-oblonga v. subobovato-oblonga apice *subtruncata*, brevissime apicata, *punctulato-scabriuscula* cinerascente-brunnea v. fuscescente; stylo pertenui vix exserto breviter bifido; stam. **2** v. **1**.

α. Capitatus; culmo brevi, 4—$^1/_2$ poll. long., foliis plerumque breviore; inflorescentia contracta, radio uno alterove

interdum elongato; spiculis plurimis fasciculato-capitatis; squamis latis.

C. nitens Vahl l. c. 331. (v. specim. Vahlian.) — Kunth l. c. p. 3. — Willd. herb. no. 1350. — Wallich. hb. 3312, k. — *C. punctatus* herb. Wight. — *C. pulvinatus* β. N. ab E. — Spiculis sordidis opacis: *C. gymnoleptus* Steud. Syn. p. 3. — Cuming hb. no. 559.

Tranquebar, Ceylona, Ind. or., insul. Philipp., China.

β. *Membranaceus;* gracilior, culmis saepe tenuissimis ad 6 poll. long., foliis plerumque perangustis culmo brevioribus sed etiam longioribus; umbellae radiis elongatis; spiculis laxioribus spicato-subfasciculatis, inferioribus divergentibus; squamis obovato- v. ovato-ellipticis. — Wallich hb. no. 3312, b. c. g.

C. membranaceus Vahl l. c. 330. — Kunth l. c. 3 et herb. — *C. punctatus* (Roxb.) Kunth l. c. 4 et herb. — *C. pulvinatus* γ. *evolutus* N. ab E. herb. — *C. patens* Hochst. in pl. Ind. or.

India orient.

γ. *Patens*; culmis 1 — 3 poll. long. subsetaceis folia aequantibus; umbellae radiis capillaribus; spiculis gracilibus; squamis remotiusculis, fructiferis patentibus, lineari-oblongis, prope carinam obsolete nervatam subsulcatis, ex apice subbilobo breviter mucronulatis.

C. patens Vahl l. c. 334. (teste specim. Thonning. in herb. propr.). — *C. truncatulus* Steud. Syn. p. 10 et herb. un. itin. Abyss. no. 821 est hujus var. forma pumila.

Guinea (Thonning). Abyssin. (Schimp.).

δ. *Muticus;* tenuis; glaucescens; umbellae radiis saepe ramosis; spiculis breviusculis et angustis approximatis; squamis parvis oblongis ellipticisve submuticis.

C. commutatus Steud. l. c. 10. — Kotsch. pl. Nubic. no. 53. — *C. squarrosus* Hochst. in litt. olim. — *C. membranaceus* Hochst. et *C. truncatulus* ej. in sched.

Nubia.

B. *Pseudopycreus*: caryopsi plano-convexa, interdum triangulari, squamae parallela. (Stylus in *C. stolonifero* et *C. lamprocarpo* non raro trifidus.)

54. **C. viridulus** Bcklr.

Herbaceus; rhizomate descendente pertenui caespitifero; culmis ad 7 poll. altis ex tereti compressis basi 2 — 3-foliatis foliisque subsetaceis; his flaccidis laevibus culmum parum superantibus v. eo brevioribus; spiculis lateralibus 6 — 1 sessilibus fasciculatisque ovatis v. oblongis obtusis leviter compressis 10 — 20-floris, 3 — 1 lin. lg. culmi continuatione fultis, altera bractea squamiformi foliaceo-praelongata setacea; squamis arcte imbricatis carinato-navicularibus e basi lato-ovata sublanceolatis obtusiusculis e carina viridi obsolete nervata vix brevissime mucronatis, lateribus albido-virentibus; rhacheola tenui recta dentata; caryopsi squamam subaequante ovato-subelliptica compressiuscula uno latere plana altero convexa v. obtusangula, apicata lacunosa fusca nitente; filamentis brevibus latisque subpersistentibus. — W. Lechler pl. Peruvian. no. 1547. — *C. rivularis* Steud. in sched. ex parte. — (Herb. propr.)

Arica Peruviae.

55. **C. reptans** Bcklr.

Viridis; flaccidulus; *rhizomate horizontaliter repente ramoso pennam corvinam crasso vaginis atropurpureis angustis, superne ampliatis truncatis fuscis dense vestito* e nodis culmos solitarios emittente; culmis 7 — 3 poll. long. tenuibus ex tereti compressis tenui-striatis *basi submono-*

phyllis; foliis 2—3 pollic. perangustis complicatis apice obtusiusculis laevibus; spiculis lateralibus 5—4 sessilibus dense aggregatis ovato-oblongis v. ovatis apice vix acutiusculis 3—1 1/2 lin. long., compressiusculis 24—12-floris; involucro diphyllo, phyllo uno culmum continuante 1 1/2—1 poll. long., altero spiculas subaequante; squamis dense imbricatis apice patulis latissime ovatis v. orbiculari-ovatis navicularibus, apice tantum subcarinatis, obtusissimis (carina interdum parum producta), dorso viridulo obsolete nervosis, lateribus viridulo-albidis; rhacheola recta dentata; caryopsi magna squamam fere aequante compressa lato-ovato-subelliptica apiculata plano-convexa, interdum evidenter trigona, scrobiculata fuscescente; filamentis subpersistentibus brevibus latisque.

Specimina plantae sub nomine *C. rivularis* Steud. in Lechleri pl. Peruvian. cum specie antecedente mixta. — (Herb. propr.)

Prope Arica Peruviae.

56. **C. laevigatus** L.

Rhizomate *repente* caespitifero; culmis validis erectis 1/2—1 1/2-*pedalibus* superne triangulis basin versus vaginatis; vagina superiore foliifera; foliis saepissime brevibus, interdum subnullis, crassiusculis compaginatis v. marginibus involutis, laevibus, apice obtusissimis; spiculis lateralibus paucis v. pluribus fasciculato-congestis late linearibus v. oblongis, obtusis aut acutiusculis compresso-turgidis saepeque pl. m. curvatis, multifloris; involucro subdiphyllo; phyllo inferiore culmum continuante erecto 1—1 1/2 poll. lg., altero perbrevi, quandoque deficiente; squamis chartaceis dense imbricatis orbiculato- v. ovato-sublanceolatis concavis, praesertim superioribus interdum acutato-submucronulatis, dorso obsolete nervatis, stramineo-pallidis v. spadiceis aut nigrescentibus,

nitidulis; caryopsi *parvula squama* $^1/_3 - ^1/_2$ *breviore* (rariss. eam aequante) *elliptica* plano-convexa obtusa apiculata v. acutato-submucronata subtiliss. reticulata *fusca v. cinerascente* nitida; stylo exserto breviter bifido; stam. 3.

α. *Albidus;* squamis latis pallidis, raro fusco-lineolatis.

C. laevigatus L. Cod. p. 61. — Rottb. l. c. p. 19. t. 16. f. 1. (forma major robusta). — *C. mucronatus* ej. ibid. t. 8. f. 4. — *C. mucronatus* α. Kunth l. c. p. 17. — *C. leucostachys* Willd. herb. no. 1288. — *C. pannonicus* ibid. no. 1289. fol. 3. — Wallich. coll. 3311. — Sieb. hb. Maurit. no. 15. — Schimp. pl. Arabic. 210. — Ej. pl. Abyssin. terr. Agow. 2160. — *C. pleuranthus* N. ab E. herb.

Aegyptus, Arabia, Persia, Teneriffa, Ins. Promont. virid. — Prom. bon. spei, Abyssinia, Mauritius, India or., China, S. Thomas, Domingo, Mexico.

β. *Pictus;* spiculis saepe paucioribus, squamis subsemper coloratis plerumque paulo elongatis ovatis v. oblongo-ovatis; caryopsi parum majore magis compressa acutata.

C. mucronatus γ. Kunth l. c. 18. — Reichenb. Cyperoid. fig. 661. — *C. pannonicus* Willd. hb. 1289, fol. 4. — *C. Israelitorum* et *C. pictus* Nees et Ehrenb. in herb. Berol. — Schimp. pl. Arab. n. 218. 248.

Italia, Sicilia, Graecia, Hispania, Aegyptus, Arabia, Cap. bon. spei, Nova Holland., Ins. Sandwic., Mexico, Peruvia.

57. **C. pannonicus** Jacq.

Glauco-virens; *radice fibrosa* caespitifera; culmis *adscendentibus infirmis* 4 — 2 *poll. long.*, v. raro erectis elongatisque, usque ad pedem altis, triangulis inferne pl. m. compressis basi subunifoliatis; foliis basilaribus flaccidulis culmo

brevioribus marginibus involutis, apice obtusis, laevibus; floralibus binis *patentibus* ($^1/_4$ — 1 poll. long.) *basi admodum dilatatis;* spiculis 6—3 sublateralibus dense fasciculatis oblongis v. late linearibus subcurvatis *turgidis obtusisve* multifloris; squamis densissime imbricatis *orbiculatis* vix acutatis infra apicem breviss. submucronulatis, concavis, dorso obsolete nervatis, pallidis, lateribus atrosanguineis, caryopsi *majuscula squamam fere aequante satis compressa* planoconvexa *orbiculato-elliptica utrinque obtusissima vix apiculata subtilissime reticulata luteo-rufescente* v. chlorina; stylo exserto breviter fisso; stam. 3. — Variat rhizomate repente.

C. pannonicus Jacq. Austr. — Reichenb. Cyper. p. 31. fig. 660. — Willd. hb. 1289. fol. 1 et 2. — Vahl Enum. p. 307. — Steud. l. c. 13. — *C. mucronatus* β. Kunth l. c. 18. — Ab antecedente cui similis bene distinctus.

Hungaria. Rossia meridion.

58. **C. distichophyllus** Steud.

Rhizomate descendente ad nodos radicante; *culmo adscendente elongato*, 2 — 3-pedali, tenui *debili* compresso, infra apicem triangulari, *foliorum vaginis usque fere ad apicem vestito;* foliis alternis subrigidis angusto-linearibus brevibus, 3 — 4 poll. long., 1 lin. lat., acuminatis, *apice triquetris*, margine superne adpresso-spinulosis, inferioribus remotis erectis, superioribus approximatis *erecto-patentibus;* foliis floralibus 3 — 4 erectis rigidis umbellam 5 — 4-radiatam parum superantibus; umbellae radiis exterioribus (4 — 3) vix semipollicaribus crassiusculis, interioribus sessilibus; spiculis 4 — 6 in radiorum apice dense conglomeratis ovatis compresso-subturgidis 2 — 2 $^1/_2$ lin. long., 12 — 8-floris, inferioribus patentissimis; squamis naviculari-convexis vix carinatis char-

taceis nitidis ovatis v. oblongo-ovatis obtusis, inferioribus latioribus, omnibus rufescentibus lateribus castaneis, dorso obsolete nervatis; caryopsi juvenili compressa anguste obovato-elliptica rugulosa ac striato-punctulata apicata rufescente; stylo validulo elongato fusco, stigmatibus brevibus; stam. 3.

C. distichophyllus Steud. l. c. 11. — Schimper it. Abyssin. no. 745. — *C. turfosus* N. ab E. herb. — Hochst. in sched. — Steudel l. s. c., nec planta Salzmanni homonyma, quae longe aliena species est. — *C. Eragrostis* Rich. l. c. 475.

Abyssinia.

59. **C. stoloniferus** (Retz.) Vahl.

Glaucescens; rhizomate lignoso brevi nodoso-incrassato stolonifero; culmo subrigido 5 — 10 poll. alto tenui triangulari lateribus leniter excavato ac striato basi plurifoliato; foliis basilaribus confertis subrecurvato-patulis culmo multo brevioribus v. aequalibus aut parum longioribus, rigidulis longe angustato-acuminatis planis v. marginibus involutis, medio 1 — $1\frac{1}{2}$ lin. lat., apice subtriquetris, superne marginibus remote spinulosis; floralibus tribus erectis umbella 5 — 8-radiata longioribus brevioribusve; radiis umbellae brevibus erecto-patulis, longioribus $\frac{1}{2}$ — $\frac{3}{4}$ poll. long., interdum bi-triramosis; ramis lateralibus sessilibus oligostachyis bractea lanceolato-acuminata munitis, apicalibus 5 — 9-stachyis; spiculis spicato-fasciculatis patulis lineari- v. oblongo-lanceolatis acutiusculis dein obtusis compresso-turgidis 3 — 5 lin. long., 1 — $1\frac{1}{4}$ lin. lat., 12 — 26-floris; squamis arcte imbricatis, fructiferis laxe adpressis, ovatis v. lato-ovatis, interdum oblongis naviculari-convexis obtusis subseptemnerviis pallidis purpurascentibus v. totis sanguineis aut rubro-fuscis, margine hyalino-membranaceis pallidis crispatulis; caryopsi

majuscula squama $^1/_4$ — $^1/_3$ breviore subrotundo-elliptica utrinque obtusa apiculata interne plana externe convexo-subangulata, subtilissime punctulata atrofusca nitente; stylo elongato (quandoque abbreviato) profunde bi- v. trifido, aut indiviso. — (Species ad Repentes accedit.)

C. stoloniferus Vahl l. c. 338. — *C. tuberosus* ej. l. c. 341 fide Kunth. et Kunth l. c. 50. — *C. Eragrostis* Willd. hb. no. 1344. — Sieb. fl. Maurit. no. 11. — Wallich. herb. 3315, a. — Cuming. pl. Philipp. 2437.

Mauritius, India or., Ins. Philippin.

β. Pallidus; culmo tenui infirmo; foliis elongatis mollioribus; umbella depauperata (in planta juvenili contracta), spiculis brevibus paucifloris pallidis.

C. vulgaris Hochst. in Kotsch. it. Nubic. no. 358.

Nubia.

γ. Microstachyus; rigidus; stolonibus crassiusculis vaginis ampliatis laxe vestitis; foliis latiusculis culmum superantibus; spiculis minimis 6—8-floris squamisque obtusissimis. — (Exstant specimina adhuc juvenilia.)

Cap. bon. spei. (Drège, coll. no. 2469.)

60. C. lamprocarpus N. ab E.

Viridulus; culmo (in parte abscissa 6-pollicari) tenui triangulari; corymbo 5 — 6-ramoso, ramis approximatis erectis *indivisis* 8 — 9-stachyis, interioribus brevissimis, reliquis gradatim longioribus, $^1/_2$ — $1\,^1/_4$ poll. long., his longe, illis brevissime bracteatis; bracteis extimis (2) angustissime linearibus, subsetaceis $2\,^1/_2$ — 4 poll. long. *brevissime vaginatis* rigidulis complicatis sursum marginibus remote denticulatis; spiculis *fasciculato-congestis* (fructiferis) patulis linearioblongis obtusiusculis turgidis 3 — $3\,^1/_2$ lin. long. vix supra lineam latis, 12 — 16-floris; squamis chartaceis nitidulis

dense imbricatis, serius patulis, orbiculato-ovatis obtusis v. acutiusculis muticis convexis haud evidenter carinatis obscure 9 — 7-nerviis sordide stramineis fusco- v. purpureo-variegatis; caryopsi squama $^1/_4$ breviore majuscula ellipsoidea v. obovato-ellipsoidea compressa hinc subplana inde subangulato-convexa apice rotundata minutiss. apicata subtiliter *reticulata* atrocastanea *lucida;* stylo parum exserto, stigmatibus binis v. ternis brevibus, non raro tabescentibus; rhacheola recta valida compressa, foveis oblongis marginatis.

C. lamprocarpus N. ab E. herb. — Cuming, coll. no. 2437. Ins. Philippin.

61. **C. pustulatus** Vahl.

Viridulus; radice fibrosa tenui; culmis pluribus pedem circ. longis tenuibus triangulis latere uno canaliculatis, basin versus plurifoliatis; foliis culmo longioribus herbaceis perangustis setaceo-acuminatis planis v. complicatis marginibus superne remote subspinuloso-denticulatis; foliis floralibus tribus patentibus, longiore subsemipedali; umbella composita subseptemradiata (4 — 5-rad. Vahl.); ochreis oblique truncatis purpurascentibus; radiis patulis, exterioribus $^1/_2$ — 2 poll. lg. apice extremo saepius 3 — 2-ramosis; ramis lateralibus semper fere sessilibus patentibus subdistachyis bractea brevissima v. parum elongata interdum setaceo-acuminata fultis; radio terminali 8 — 5-stachyo; spiculis confertis patentibus convexiusculis, vix parum compressis, oblongis subobtusis 3 lin. long., fructiferis 1 $^1/_3$ lin. lat., 10 — 8-floris; squamis membranaceis leviter adpressis, fructiferis patulis, orbiculato-ovatis concavis apice obtusis muticis, haud evidenter carinatis, dorso viridulis multinervatis, lateribus fusco-sanguineo-maculatis, apice ad margines pellucido-albidis; caryopsi (juvenili) majuscula squama $^1/_3$ breviore satis compressa

orbiculato-obovata apice rotundato-obtusa, vix apiculata, hinc concaviuscula, inde convexa, haud evidenter angulata, densissime seriatim punctulata luteo-fuscescente; stylo brevi, haud exserto, breviter bifido.

C. pustulatus Vahl l. c. 341. — (Herb. propr.)

Guinea: Thonning.

62. **C. serotinus** Rottb.

Glaucescens; radice fibrosa stolonifera; culmo erecto $1\frac{1}{2}$ — 4-pedali spongioso-crassiusculo compresso-triquetro inferne 2 — 5-foliato; foliis latiusculis coriaceo-rigidulis longissime angustato-acuminatis carinato-complicatis, superne planis, marginibus scabris, superioribus culmum superantibus; involucro polyphyllo, phyllis valde inaequalibus, infimo longissimo, subbipedali; umbella composita multiradiata, radiis valde inaequalibus omnibus tamen pedunculatis ($\frac{1}{2}$ — 6 poll. long.), corymboso-ramosis; ramis patentibus polystachyis basi bractea lanceolata longe setaceo-acuminata suffultis; spicarum rhachi saepe angulis setuloso-pilosa; spiculis alternis subdistichis patentibus lanceolato-oblongis v. late linearibus, 3 — 9 lin. long., 10 — 26-floris compresso-subturgidis, longioribus non raro curvatis; squamis (fructiferis) remotiusculis patulis ovatis v. orbiculato-ovatis naviculari-convexis obtusis muticis, dorso pluri-(subseptem-)nervatis, sanguineo-fuscis, margine hyalino-pallidis, opacis; caryopsi majuscula squama $\frac{1}{4}$ breviore compresso-biconvexa obovato-ellipsoidea apice margineque obtusa, apicata, striato-punctulata spadicea; stylo exserto complanato profunde bifido ferrugineo-punctulato; stamin. 3; rhacheolae angulis squama opposita descendente marginulatis. — (Ex affinit. naturali Marginatorum.)

C. serotinus Rottb. l. c. p. 31. (1773.) — Vahl l. c. 350. — Kunth Cyper. 19. — *C. Monti* L. fil. Suppl. (1781.) —

Codex Richt. p. 61. — Reichenb. l. c. p. 32. fig. 666. — Koch Syn. d. D. und S. Fl. II. p. 877. — Willk. Prodr. fl. Hispan. I. p. 137.

Tyrolis. Forojul. Italia. Gallia. Caucas. Indiae regio boreali-occid. (Hook. et Thoms.)

Sect. II. *Eucyperus*: stylo trifido, caryopsi triangulari.

A. *Aristati.* Spiculae fasciculato- v. capitato-confertae (rariss. umbellatae), multiflorae compressae lineares angustae, v. raro ovatae. Rhacheola haud alata, non raro tamen squamae basi decurrente anguste marginata. Squamae remotae trinerviae subargute carinatae, mucronatae. Caryopsis squama multo brevior. — Caespitosi, plerumque annui humiles et tenues. Umbellae simplices, rariss. compositae aut decompositae, interdum ad fasciculum oligostachyum v. polystachyum redactae. — *Aristati* Kunth, pro parte. — (Stylus in *C. pygmaeo* saepiss. bifidus.)

63. C. pygmaeus Rottb.

Viridis v. saepius glaucescens; radice fibrosa tenui; culmis copiosis dense caespitosis decumbentibus v. erectis validulis v. setaceis 7 — ½ poll. alt. triangularibus v. triquetris p. m. compressis basin versus foliosis; foliis culmo brevioribus v. paulo longioribus carinato-planis v. complicatis setaceo-acuminatis; capitulo v. globoso v. subtriangulari e glomerulis pluribus bracteatis composito 3 — 6 lin. crasso compacto arcte involucrato; involucro 3 — 5-phyllo, phyllis inferioribus patentissimis 1 — 4-pollicar.; spiculis numerosissimis dense confertis parvis oblongo- v. ovato-lanceolatis compressis saepius 10 — 16-floris; squamis arcte imbricatis dein superne subrecurvato-patulis oblongo-lanceolatis acuminato-mucronatis, carina viridula tenuiter tri- v. plurinerviis lateribus pellucido-

membranaceis pallidis v. lutescentibus, interdum fusco-lineolatis; caryopsi perminuta squama $^1/_2$ — $^1/_3$ breviore anguste oblonga pl. m. compressa latere interiore plana, exteriore convexo-obtusangula, non raro ellipsoidea subaequilatere triquetra, apiculata granulato-punctulata ferruginescenti-straminea, v. raro fusca; stylo pertenui exserto breviter bifido v. raro trifido; stam. 1.

C. pygmaeus Rottb. Gram. p. 20. t. 14. f. 4. 5. — Kunth p. 18. — Willden. hb. no. 1312. — Kotsch. herb. Nubic. n. 329. — Wallich. coll. n. 3325, b. (forma major, rubusta); n. 3495, forma tenuior pumila: *C. hyalinolepis* Steud. p. 316 et *Scirpus involucratus* Spreng. herb. — *Sc. Michelianus* Sieb. hb. Aegypt. — *C. Michelianus* Link. Hort. 1. 303. — Delile (teste specim.). *Sc. globifer* Nees et Ehrenb. in Reliq. Lehmann. — Variatio squamis brevibus caryopsin aequantibus breviter acuminatis v. obtusiusculis: *C. limosus* Maximov. in herb. Berol.

Corcyra, Algeria, Aegyptus, Nubia, India or., Amur, Nova Holland., Mexico.

β. Michelianus; squamis trifariam imbricatis; stam. 1 — 2 — 3.

Scirpus Michelianus L. Cod. 66. — Reichenb. Icon. p. 729. 730. — Willd. hb. n. 1230. — Link. herb. — *Isolepis* Roem. et Schult. l. c. 114. — Kunth, 203. — *Dichostylis* N. ab E. herb. — Reichenb. Fl. exs. 1610. — Wallich hb. 3484. B.

Germania, Gallia, Italia, Lusitania, Aegyptus, Senegambia, India or., Amur, Rossia austr.

64. **C. aureus** Humb. et Kunth. (emend.)

Radice fibrosa tenerrima caespitifera; culmo pertenui erecto subcompresso striato-angulato (v. obsolete trigono v.

subquadrangulo), basi infima leviter incrassata pauci- v. plurifoliato; foliis brevibus et angustis longe setaceo-acuminatis, marginibus involutis superne denticulato-scabriusculis; umbella composita v. simplici pluri- v. pauciradiata; radiis radiolisque 3—10-stachyis; involucro 6—3-phyllo umbellam subaequante; spiculis patentibus multifloris angusto-linearibus; squamis densis patulis ovatis infra apicem emarginulatum mucronatis, mucrone brevissimo v. longiore patulo v. leviter recurvo, luteis, lateribus ferrugineis, nervo carinali viridulo; caryopsi squama plus duplo breviore obovata v. subelliptica (quandoque orbiculato-obovata) triangulari subtiliss. punctulata fuscescente, apiculata; stylo vix exserto tenuissimo breviter trifido.

α. Macrostachyus. Spiculis elongatis, 9—10 lin. lg., squamis longiuscule mucronatis.

C. aureus Humb. et Kunth. — Kunth l. c. 21.

America meridion.

β. Aurantiacus. Spiculis saepiss. aurantiacis squamisque brevissime mucronatis.

C. aurantiacus Humb. et Kunth. — Kunth, 20. — *C. anisostachys* Willd. hb. n. 1327. — *C. brachyphyllus* ibid. n. 1325. — *C. amabilis* Vahl et *C. microstachyus* ej. Enum. II. 318. (teste specim. Thonning. in herb. propr.) — *C. coërcens* Rchb. in herb. Weigelt. — *C. lepidus* Hochst. in Kotsch. pl. Nubic. — Squamis longiuscule mucronatis: *C. glareosus* Liebm. . c. 16. (v. s.)

Mexico, Guiana, Columbia, Domingo, Nubia, Guinea, Mozambique, India or.

γ. Oligostachyus. Minor; culmo foliisque setaceis, umbellae radiis omnibus subsessilibus.

C. oligostachyus Humb. et Kunth. — Kunth, 20.

America meridion.

65. **C. castaneus** Willd.

Glauco-virens; radicis fibrillis dense fasciculatis capillaribus; culmis caespitosis 3 — 1 poll. long. tenuibus subtrigonis inferne leviter compressis, paucifoliatis; foliis erectis culmum non raro superantibus convoluto-setaceis margine superne denticulatis; foliis floralibus 5 — 4 umbella pluriradiata brevioribus v. longioribus; radiis fere capillaribus $^1/_4$ — 1 poll. long., centrali sessili, apice extremo polystachyis; spiculis fasciculato-congestis patulis linearibus acutiusculis vix $^1/_2$ lin. lat., 8 — 4 lin. long., 40 — 16-floris; squamis adpressis chartaceis oblongis argute carinatis infra apicem rotundatum aut bilobum mucronatis, mucrone, squama ipsa multo breviore, leviter recurvato, lateribus sanguineo-spadiceis v. raro rufo-ferrugineis, nitidis; *caryopsi squama parum breviore oblonga* triangulari breviter apicata punctulato-scabriuscula ferruginea; stylo exserto; stam. 1; rhacheola pertenui subflexuosa, foveis angustis late *hyalino-marginatis.*

C. castaneus Willd. herb. no. 1328. — Kunth, 21. — Wallich. pl. Ind. or. no. 3323. 3376, b.

Penins. Ind. or., Ceylona. (Thwaites. herb. sub no. 803 et nomine *C. cuspidati.*)

66. **C. cuspidatus** Humb. et Kunth.

Culmis pluribus setaceis 3 — 1 poll. long. obsolete quadrangulis sulcatis pl. m. compressis; foliis paucis basilaribus culmum subaequantibus lineari-setaceis margine vix denticulatis, floralibus 3 — 4 patentibus umbellam superantibus; hac 1 — 3-, raro 4 — 5-radiata, radiis capillaceis patentibus, saepius brevissimis, polystachyis; spiculis fasciculato-capitatis patulis linearibus 4 — 2 lin. (raro 8 lin.) long., $^1/_2$ — $^2/_3$ lin. lat., 16 — 20-floris (interdum ad 40-floris); squamis chartaceo-membranaceis oblongis, apice excisis, anguste cari-

natis, mucronem *recurvatum fere aequantibus*, lateribus stramineo-rufescentibus v. castaneis, marginibus pallidioribus subpellucidis, vix nitidulis, fructiferis remotis *patulis;* caryopsi minutissima *squama dimidio breviore obovata v. obovato-oblonga* triangulari breviter apicata tuberculato-punctulata rufo-ferruginea angulis obscuriore; stylo perbrevi usque ad medium trifido; stam. 3, 2 v. 1; rhacheola tenui flexuosa, foveis anguste marginatis.

C. cuspidatus Humb. et Kunth. — Kunth l. c. 22. — Nees ab Esenb. Cyper. brasil. 24. — *C. recurvatus* Willd. hb. n. 1299. — *C. castaneus* var. *contracta* Rchb. in herb. Weigelt. — *C. castaneus* Hochst. in pl. Ind. a Hohenackero edit. — *C. contractus* Steud. l. c. 13. — *C. solutus* ej. l. c. 14. (descript. falsa). — *C. castaneus* et *C. aristatus* Hook. et Thoms. herb. Indic. — Forma tenuior microcephala: *C. angustifolius* et *C. pusillus* N. ab E. herb. — Wallich herb. no. 3376, B. — *C. exiguus* N. ab E. Cyper. brasil. et herbarii speciei forma est pygmaea culmo abbreviato quam folia multo breviore.

Mexico, Brasilia, Guiana, Java. (Junghuhn. — Zolling. iter secund. no. 3739.) India or. Insul. Philippin. (Cuming, coll. no. 676.) Nupe (Barter, no. 1569).

67. C. uncinulatus Schrad.

Viridis; radicis fibrillis validulis tenacibus; culmis 3—4 poll. long. setaceis compresso-triangularibus *versus basin incrassatis;* foliis culmum subaequantibus membranaceis perangustis planis setaceo-acuminatis superne marginibus minute dentatis; involucro quadriphyllo, phyllis patentissimis reflexisve, tribus *capitulo solitario subgloboso* (4 — 2 lin. crasso) *polystachyo* multo longioribus; spiculis *confertis* linearibus v. oblongis 2—3 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., compressis 10—24-

(—35-floris, Nees); rhacheola flexuosa validula compressa (ferrugineo-punctulata), foveis latiusculis angustissime marginatis; squamis patulis, fructiferis remotis, oblongis *ex toto apice acuminatis*, lateribus angustis stramineo-rufescentibus v. totis rufis, carina viridula, acumine recurvato squama parum breviore; caryopsi minuta *orbiculato-obovata trigona* breviter valideque *mucronata* punctulato-scabriuscula *stramineo-pallida;* stylo subexserto ad medium usque trifido; stam. 1.

C. uncinulatus Schrad. in Nees ab Esenb. Cyper. bras. p. 23. — *C. hamatus* Schrad. ibidem a specie supra descripta non differt.

Brasilia.

68. **C. seslerioides** Humb. et Kunth.

Viridis; radice fibrosa; culmis pluribus strictiusculis fere setaceis 2 — 5 poll. long. obscure trigonis, interdum parum compressis, ima basi leviter bulboso-incrassata plurifoliatis; foliis culmo brevioribus v. longioribus subrigidis angustis complicatis marginibus minutiss. denticulatis; involucri foliis 3—4 (1 — 2 poll. long.) reflexis; capitulo solitario subgloboso, 4 lin. crasso, polystachyo, spiculis *confertissimis oblongo-ovatis* acutis compressis vix 2 lin. long., 10 — 12-floris; squamis membranaceis subremotis apice patulis ovato-oblongis v. lineari-oblongis *acutato-mucronulatis*, *mucrone parum recurvo*, stramineo-pallidis, non raro lutescentibus; rhacheola *tenuissima rectiuscula;* caryopsi squama triplo breviore *suborbiculato-elliptica* triangulari apicata dense punctulata ferrūginea opaca; stylo haud exserto profunde diviso; stam. 1. — Facies *Kyllingiae* et *Ascolepidis.*

C. seslerioides Humb. et Kunth. — Kunth l. c. 44. — Willd. herb. no. 1310.

Ripa Orinoci (Humboldt). Mexico (Aschenborn pl. Mexican. no. 333. — Hartweg, coll. no. 256). — Brasilia?

69. **C. humilis** Kunth.

Tota planta viridula; culmis setaceis abbreviatis, $^1/_2$ — 1 poll. long., compressis, apicem versus triquetris; foliis culmum superantibus perangustis membranaceis planis acuminatis laevibus, floralibus binis erectis longis, $^1/_2$ — $1\,^1/_2$-pollic.; spiculis 2 — 4-*nisve* in apice culmi aggregatis sessilibus ($1\,^1/_2$ lin. long.) *oblongis v. ovato-ellipticis* subcompressis 8 — 10-floris; squamis ovatis ex toto apice *breviter acuminatis*, *acumine parum recurvis*, lateribus pellucido-pallidis, carina trinervia viridi; caryopsi *squamam fere aequante elliptica*, *apice acuta*, *triquetra*, subtiliter granulata stramineo-pallida; stylo perbrevi.

C. humilis Kunth l. c. 23. — *Mariscus cephalotes* Poeppig in mss. — *C. tenerrimus* Liebm. Halvgr. p. 21. (v. s.)

Ins. Cuba (Poepp.), Mexico (Liebm.).

70. **C. perpusillus** Bcklr.

Laete virens. Rhizomate brevi *subrepente tuberoso-noduloso* vaginis emortuis nervosis fissis tunicato fibrillasque multas rigidulas emittente; culmo subsolitario setaceo vix supra pollicem alto *arcuato obsoletissime angulato haud compresso* subtiliter striato basi 4—2-foliato; foliis breviter vaginatis culmum subaequantibus v. eo brevioribus patentibus curvatisque setaceo-linearibus acuminatis canaliculato-complicatis apicem versus marginibus minutiss. dentatis; capitulo solitario *subsphaerico* denso polystachyo $2\,^1/_2$ lin. circ. lato; involucri foliis *reflexis basi dilatatis* et striatis, *inferioribus binis* 9—5 *lin. long.*, *tertio brevissimo;* spiculis minutis fasciculatim confertis *ovatis compressis* 10 — 8-floris; squamis remotiusculis patulis late ovatis breviter acuminato-mu-

cronatis, carina viridula obsolete trinerviis, lateribus luteo-rufescentibus; caryopsi (non perfecte matura) *minutissima* squama duplo breviore obovato-ellipsoidea triquetra, angulis prominentibus, lutea laevi; stam. 1.

Mexico. (Dr. Coulter, coll. no. 1611 ex parte.)

71. C. aristatus Rottb.

Viridis v. glauco-virens; culmis 1 — 5 poll. long. validulis v. setaceis *ex triquetro* p. m. compressis 2, 3-, 1-foliatis; foliis flaccidulis culmo brevioribus longioribusve perangustis v. latiusculis planis acuminatis *laevibus* (raro marginibus subdenticulatis); ochreis ore ampliatis; foliis floralibus tribus longis, $^1/_2$ — 4-pollic., patulis; umbella 3-, 2-, raro 4 — 5-radiata, radiis lateralibus pedunculatis, v. omnibus subsessilibus; spiculis numerosis fasciculato-capitatis oblongo-linearibus compressiusculis 8 — 16-floris; capitulis ovatis; squamis remotis patulis oblongis v. oblongo-ellipticis recurvato-acuminatis 7-*nerviis* (raro 5- v. 9-nerviis) stramineo-lutescentibus v. fuscescentibus; caryopsi parva squama $^1/_2$ breviore obovato-subcuneiformi, apice subtruncata, v. oblonga, triquetra, angulis obtusiusculis, brevissime apicata, punctulis elevatis quandoque poriferis obtecta fusco-cinerascente opaca; stylo haud exserto breviter trifido; stam. 1; rhacheola recta lateribus satis compressa, foveis lineari-oblongis planiusculis.

C. aristatus Rottb. l. c. p. 23. t. 6. f. 1. — Willd. herb. n. 1403. — Wallich hb. n. 1375. — Kunth l. c. 23. — Richard l. c. 478. — Variat capitulo solitario saepe maximo cylindraceo-oblongo squamisque longe acuminatis non raro fusco-sanguineis: *C. versicolor* N. ab E. herb. — Wallich. coll. no. 3374. — Forma minor boreali-americana inflorescentia plerumque depauperata: *C. inflexus* Mühlenb. Descr. Gram. p. 16. et in Willd. herb. n. 1402. — Torrey l. c. 274. —

Gray Man. 492. — *C. uncinatus* Pursh Fl. I. p. 50. — *C. fasciculosus* Liebm. l. c. 16. (v. s.) — *Isolepis echinulata* Kunth l. c. 205.

Nubia, Abyssinia, Senegal, Nupe, India orient., Mexico, Civit. American. unit.

Variat porro spiculis brevioribus floribus paucioribus squamisque densioribus subtrifariam imbricatis purpurascentibus.

C. hamulosus M. Bieb. — *Scirpus* Steven. — *Isolepis* Kunth, 214. — Ledeb. Fl. Ross. IV. 257. — *Dichostylis* N. ab E. in Linn. IX. 289. — Steven pl. Rossic. rar. — Becker pl. Wolgae infer. no. 159. — Karel. et Kiril. hb. 1070.

Rossia austr. et media.

72. C. squarrosus L.

Radice fibrosa capillari; culmis $1\frac{1}{2}$ — $2\frac{1}{2}$ poll. long. setaceis infirmis triangularibus basi paucifoliatis; foliis culmo longioribus v. brevioribus flaccidulis carinato-planis breviter acuminatis marginibus superne spinuloso-denticulatis; vaginis ore ampliatis; involucri foliis 3 — 5 *alternis* patentissimis 4 — 1 poll. long.; umbella 4 — 7-radiata (rarius 2—3-radiata); radiis patentibus apice polystachyis, exterioribus pedunculatis ($\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ poll. long.) v. raro omnibus subsessilibus; spiculis *discis impositis* spicato-aggregatis patentissimis reflexisve, squama *ovato-lanceolata mutica* persistente basi praeditis, linearibus acutiusculis, non raro leviter incurvatis compressis 8 — 16-floris (interdum 5-floris); squamis *remotis adpressis* lineari-oblongis, e carina acutiuscula tri- v. obscure quinquenervia viridi acuminatis, acumine subrecurvato-patulo, lateribus sordide stramineis lutescentibus v. ferruginescentibus; caryopsi squama circ. $\frac{1}{3}$ breviore *angusto-lineari subcompresso-triangula leviter arcuata acuminata* subtiliter granulata fuscescente opaca; stylo haud exserto apice trifido;

stam. 1; *rhacheola tenerrima satis flexuosa et compressa primum late hyalino-marginata.* — (Stylus stigmatum tabescentia quandoque bifidus et indivisus apparet.)

C. squarrosus L. Cod. p. 61. — Rottb. l. c. p. 25. t. 6. f. 3. — Kunth l. c. 22. — Willd. herb. no. 1351. fol. 1. — Plantae Ind. or. edid. Hohenack. no. 823. — Wallich. herb. (3312, d.? — Kunth.) — Boivin, coll. no. 3061 pro parte. — Hooker et Thoms. herb. (forma macra radiis umbellae paucis subsessilibus). — *C. maderaspatanus* Willd. herb. 1351, fol. 2. — *Pycreus* N. ab E. herb.

India or. Ins. Mayotta.

73. C. uncinatus Poir.

Culmis validulis (3 — 2 poll. alt.) triangularibus lateribus subtiliter striatis basi pauci-(2 — 3-) foliatis; foliis culmo brevioribus angustissimis subrigidis, marginibus involutis laevibus, apice vix acutatis; spiculis numerosis (16 — 20) in culmi apice fasciculato-capitatis *tumidulis* linearibus acutiusculis 3 4 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., 12 — 20-floris; involucri triphylli foliolis patentibus capitulum subsuperantibus; squamis chartaceis *lato-ovatis* naviculari-convexis carinulatis rufo- v. stramineo-ferruginescentibus, carina olivacea, mucrone *valido leviter recurvo;* caryopsi minuta squama multo breviore *late obovata* triangulari apice obtusissima, breviss. apicata, tuberculato-punctulata ferruginescente; stylo brevi; fil. 3 brevibus latisque; rhacheolae validae foveis anguste hyalino-marginatis.

C. uncinatus Poir. — Willd. herb. n. 1297.

Madagascar.

74. C. flaccidus R. Br.

Viridis; radice fibrosa tenui; culmis (paucis) tenuibus satis compressis debilibus (6 — 7 poll. alt.) basi paucifoliatis;

foliis culmo multo brevioribus membranaceis anguste linearibus laevibus; umbella subsimplici quinqueradiata, quam involucrum monophyllum breviore; radiis valde inaequalibus, usque ad pollicem longis, longioribus subramosis; spiculis ternis quinisve fasciculato-aggregatis oblongis ($1\,^1/_2$ — 2 lin. long., $^3/_4$ lin. lat.) obtusiusculis satis compressis 14-floris; squamis apice patulis ovato-ellipticis breviter acuminatis, acumine recurvato-patulo, obscure trinerviis, viridulis, margine albidis; caryopsi (immatura) minuta lato-obovata apice obtusissima compresso-triangulari albida; stylo tenuissimo et brevissimo usque fere ad medium trifido. — (Suppetit specimen unicum).

C. flaccidus R. Br. l. c. 69. — *C. macellus* Kunth, 30. Nova Holland. (Gaudichaud.)

75. C. trinervis R. Br.

Viridis; multiculmis; radice fibrosa; culmis erectis 6—9-uncialibus tenuibus triangulis sulcatis striatisve basi plurifoliatis; foliis basilaribus culmo brevioribus v. parum longioribus subrigidis angustis, vix lineam latis, carinato-planis, marginibus spinuloso-scabris; floralibus 4 erectis umbella simplici subsexradiata duplo longioribus; umbellae radiis erecto-patulis $1\,^1/_2$ — $^1/_4$ poll. lg., intermedio subsessili, setaceis apice 4—8-stachyis; spiculis patulis, inferioribus divergentibus, linearibus obtusiusculis 3 lin. long., 1 lin. lat., 15—20-floris; squamis (fructiferis) remotiusculis subliberis ovatis obtusiusculis vix conspicue mucronulatis, lateribus unistriatis sulcatisve sordide stramineis, dorso vix viridulis, superne acuto-carinatis; rhacheola flexuosa leviter compressa; caryopsi minutissima squama $^1/_3$ breviore elliptica mucronata obtuse triangulari granulata atrocastanea nitida; stylo perbrevi; filam. 3.

C. trinervis R. Br. l. c. 69. — *C. Lessonianus* Kunth l. c. 29.

Nova Holland.

76. C. tenax Beklr.

Glauco-viridis; *rigidus;* rhizomate lignoso tenui; culmo *supra pedali* stricto obsolete trigono, inferne subtereti, parum compresso, ima basi incrassata folioso; foliis suberectis culmum aequantibus v. paulo superantibus angustis marginibus involutis laevibus; corymbo umbelliformi suboctoradiata, radiis patentibus ac divergentibus alternis approximatis tenuibus subtrigonis $^1/_2$ — 1 poll. long. apicem versus brachiato-ramosis, ramis brevibus v. sessilibus; bracteis radiorum inferiorum *longissimis*, 7 — 4-pollic., perangustis, reliquis gradatim brevioribus; ochreis brevibus suboblique truncatis; spiculis numerosis capitato-confertis squarrosis strictis lanceolato-linearibus 3 — 4 lin. long., 10 — 14-floris; squamis *chartaceis nitidis* remotis patulis oblongis carinato-navicularibus infra apicem obtusiusculum vix excisum subrecurvato-mucronulatis, *quinquenerviis, nervis tribus prominentibus,* dorso stramineo-fuscescentibus et dilutissime sanguineis, lateribus castaneis; rhacheola tenui recta hyalino-marginata; caryopsi adhuc valde juvenili minutissima lineari-elliptica acuminata; stylo brevi ac tenui, profunde trifido. — Zeyher pl. Capens. no. 13.

In terra Natalensi Africae austr. leg. Gueinzius.

77. C. Martianus Schrad.

Radice fibrosa (rhizomate horizontali, Nees) fibrillis copiosis tenacibus; culmis pluribus strictis gracilibus rigidis trigonis 3 — $1^1/_2$ ped. alt. basi lignoso-incrassatis plurifoliatis; foliis tenacibus subsesquipedalibus latiusculis (medio 3 lin. lat.) longe angustato-acuminatis planis marginibus carinulaque spinuloso-scabris; vaginis superioribus elongatis; foliis flora-

libus pluribus (6) umbellam corymbosam decompositam (v. subsupradecompositam) multiradiatam superantibus; radiis radiolisque erecto-patentibus leviter compressis ochreatis, illis tenuibus 6 — 3 poll. long., his setaceis subsesquipollicaribus involucellis longioribus; radiolorum partialium ultimis 6 — 3 divergentibus 3 — 4 lin. long. ochreatis bracteolisque suffultis, monostachyis; spiculis oblongis acutis 3 — 4 lin. long., 1 lin. lat., compressis 14 — 10-floris; squamis — et infimis fertilibus — subremotis patulis oblongis acutato-mucronatis trinerviis, lateribus lutescentibus ferrugineo-lineolatis, carina viridi; caryopsi squama fere $^1/_3$ breviore oblonga basi attenuata mucronato-apicata triangulari punctulato-scabriuscula brunnea subnitida, stylo exserto pallido profunde tripartito coronata; stam. 1; rhacheola rectiuscula quadrangulari, foveis oblongis brevibus haud profundis.

C. Martianus Schrad. in Nees Cyper. brasil. p. 32. — *C. caducus* Steud. Syn. 315.

Brasilia.

B. *Compressi.* Spiculae multiflorae compressae lineares, raro oblongae, acutae v. obtusae capitato- v. fasciculato-congestae, rarissime (in *C. rigidifolia* et *C. Schweinitzii*) spicatim aggregatae. Umbella pauciradiata saepissime capitato-contracta. Squamae plerumque arcte imbricatae, acuto-carinatae, aut mucronatae (v. raro acuminatae) aut muticae, multistriolatae, coloratae v. virides. Rhacheola — *C. Fendleriano* et *C. fuscescente* exceptis — aptera saepeque immarginata, m. m. compressa plerumque lata. Caryopsis squama saepiss. multo brevior. — Radix fibrosa annua v. rhizoma repens sublignosum, culmis pluribus caespitosis v. solitariis, humilibus v. altioribus. (Compressi, Humiles et Platystachyi Kunth.)

a. Squamae mucronatae.

† Capitulum solitarium. (Spicular. fasciculi indivisi.)

78. **C. leucoloma** N. ab E.

Radice fibrosa tenerrima; culmis caespitosis semiuncialibus foliisque capillaribus basi unifoliatis; foliis culmum subaequantibus canaliculatis apice obtusis; vaginis brevibus ampliatis purpureis; spiculis 4—8-nisve in apice culmi fasciculato-aggregatis, oblongis obtusis compressis 8 — 10-floris; involucro diphyllo spiculas duplo superante; rhacheola tenuissima flexuosa; squamis suborbiculatis carinulatis breviter mucronatis ferrugineis, lateribus brunnescentibus subtiliter plurinervatis, margine lato hyalino-albido; caryopsi squama dimidio breviore elliptica triangulari utrinque acuta atrocastanea laevi nitida; stylo brevi usque fere ad basin trifido; stam. 3. — Species insignis perpusilla et tenerrima *Cyperi tenelli* habitu.

C. leucoloma N. ab E. in herb. reg. Berol. et in Linn. IX. p. 284. (nomen), Linn. X. 133. — Kunth 50.

Prom. bon. spei (Bergius).

79. **C. exilis** Willd.

Fuscescens; culmo tenui 1 — 4 poll. alto leviter curvato, compresso obscure triangulari, basi infima foliorum *vaginis brevibus ampliatis albo-membranaceis* multinervosis vestito; foliis culmo brevioribus anguste linearibus *carnosulis* canaliculatis *apice obtusis*, marginibus subtiliter dentatis; involucri foliis 3 v. 2 capitulum aequantibus duplove superantibus, versus basin dilatatis; spiculis 4 — 7 in apice culmi fasciculato-capitatis oblongis compressiusculis 10 — 30-floris; squamis membranaceis arete imbricatis late ovatis naviculari-convexis superne argute carinatis *breviter acutato-mucronatis*, interdum submuticis, 9 — 11-*nerviis* ferruginescentibus, lateribus non raro sanguineo-fuscis v. spadiceis; caryopsi (parva)

squama $^1/_2$ breviore *orbiculato-obovata aequilatero-triquetra* punctulato-apicata subtiliss. punctata brunneo-cinerascente; stylo exserto brevissime trifido (quandoque subintegro).

C. exilis Willd. herb. no. 1290. — Kunth l. c. 50. — Steud. Syn. 29. — *C. pentadactylus* Willd., partim. Ejusd. herb. no. 1295, fol. 1. — Sieb. hb. Maurit. no. 9.

Mauritius, Madagascar, India or. (R. Heyne).

80. **C. Wightii** N. ab E.

Fuscescens; culmis tenuibus 6 — 3 poll. long. *infirmis* compresso-angulatis basi infima foliatis; foliis culmo brevioribus *membranaceis angustato-acuminatis* planiusculis ($^1/_2$ lin. lat.) apice subacutis, margine sublaevibus; vaginis brevissimis apertis; involucri triphylli patentissimi foliolo altero capitulo subduplo longiore; spiculis 9 — 6 *capitato-aggregatis* lineari- v. oblongo-lanceolatis *valde compressis* 16 — 28-floris; squamis *pellucido-membranaceis* arcte imbricatis *e basi orbiculato-ovata in acumen subulatum recurvato-patulum attenuatis*, tenuiter 7 — 9-*nerviis*, dorso pallidissime ferrugineis, marginibus albidis; caryopsi (minuta) *squama triplo breviore obovata aequilatero-triquetra* brevissime apicata granulata fusco-cinerascente; stylo excedente breviter trifido.

C. Wightii N. ab E. herb. — Steud. l. c. p. 52.

India orient.

81. **C. rubicundus** Vahl.

Viridis; radice fibrosa tenui; culmis caespitosis 2 — 6 poll. alt. erectis triquetris superne angulis peracutis denticulato-scabridis, basi multifoliatis; vaginis valde ampliatis tenuiter membranaceis albidis v. ferrugineis; foliis culmum subaequantibus flexuosis angustis carinato-complicatis apice obtusis, marginibus angustissimis pellucidis minute denticulatis;

involucri foliis tribus capitulo brevioribus ac longioribus; spiculis 10—6 in culmi apice capitato-aggregatis lato-oblongis obtusis valde compressis 20—30-floris (10—5 lin. long., 2 lin. lat.); squamis membranaceis dense imbricatis apice patulis ovato-lanceolatis subrecurvato-mucronatis, superne acute carinatis, striato-nervosis, lateribus purpurascentibus, dorso apiceque ferrugineis; caryopsi squama triplo breviore late obovata, basi parum attenuata, triquetra brevissime apicata subtilissime punctata ferruginea; stylo haud exserto apice trifido; stam. 3.

C. rubicundus Vahl Enum. II. 308. — Kunth, 49. — *C. Teneriffae* Poir. — Roem. et Schult. Syst. II. 209. — *C. tersus* Willd. herb. no. 1296. — *C. petraeus* Hochst. in Metz. pl. Ind. or. no. 1293 (forma minor).

Teneriffa, Abyssinia. (Schimp. pl. Abyss. sect. III. n. 183. Edit. Hohenack. n. 2340.) Prom. bon. spei, India or.

82. **C Meyerianus** Kunth.

Dense caespitosus; culmis setaceis infirmis 3—2 poll. long. compresso-triangulis basin versus *ramosis* ibique radicantibus; foliis paucis culmo brevioribus angustissimis complicatis laevibus; vaginis ampliatis multinervosis; spiculis 5—1 in culmi apice fasciculato-aggregatis sessilibus *ovato-oblongis* satis compressis 3—4 *lin. long.*, *circ.* 2 *lin. lat.*, 16—8-floris; foliis floralibus 2—3 basi dilatatis, infimo spiculas duplo triplove superante; squamis magnis patentibus ovato-oblongis longe acuminatis dorso subseptemnerviis viridibus, margine hyalino-pallidis, interdum sanguineo-variegatis, acumine squamam subaequante *recurvato-patulo;* caryopsi squama fere triplo breviore *orbiculato-elliptica acutato-mucronata*, *angulis prominentibus peracutis*, granulis punctulisque impressis minutis obtecta, fuscescente; stylo vix

exserto ad medium usque trifido; stamin. 3. — *Squamae omnes fertiles*, folia imo floralia superiora non raro fructifera.

C. Meyerianus Kunth l. c. 49.

Prom. bon. spei. (Drège, coll. n. 7421.)

83. **C. bellus** Kunth.

Virens; culmis caespitosis 2—3 poll. lg. tenuibus erectis compresso-triangulis versus basin 1 — 2-foliatis; vaginis parum ampliatis tenui-membranaceis purpureo-lineolatis, ore oblique truncatis; foliis culmum subaequantibus setaceis rigidulis subacutis obsolete canaliculatis laevibus; capitulo solitario (ex umbellae radiis plerumque duobus sessilibus formato) suborbiculato, 4 lin. diam.; spiculis dense fasciculatis patentibus satis compressis lineari-lanceolatis v. oblongis obtusis 3—2 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., 16 — 22-floris; involucro 3—2-phyllo, phyllo infimo fere bipollicari erecto, reliquis multo brevioribus patentissimis; squamis membranaceis, sub anthesi densis ac adpressis, ovatis acutato-mucronatis 5-nerviis, lateribus pallide sanguineis nitidis, marginibus hyalinis, carina acuta viridibus, mucrone acuto patulo; rhacheola valida recta, foveis brevibus latiusculis; caryopsi (adhuc juvenili) obovata triangulari apice rotundato-obtusa reticulata flavescente squama $^1/_2$ breviore; stylo exserto profunde trifido pallido; stamin. 2 v. 1. — Drègei herb. no. 7396.

C. bellus Kunth l. c. 52.

Prom. bon. spei.

83. **C. amnicola** Kunth.

Viridis; pluriculmis; culmis triuncialibus firmis leviter curvatis ex triangulari parum compressis basin versus *incrassatam multifoliatis;* vaginis *arctis fissis basi valde dilatatis, coriaceis*, marginibus tenuiter membranaceis; *foliis confertis culmo brevioribus rigidis crassiusculis canalicu-*

latis obtusis marginibus denticulatis; spiculis 4 — 7-nisve in apice culmi fasciculato-congestis lineari-lanceolatis v. linearibus subobtusis v. acutis leviter compressis 5 — 8 lin. long., 1 lin. lat., 16 — 30-floris; involucro diphyllo, phyllo altero *spiculas parum superante, altero perbrevi;* rhacheola subflexuosa valida nuda, foveis brevibus latis planisve; squamis approximatis vix patulis oblongis infra apicem obtusum brevissime mucronatis 7 — 9-nervato-striatis ex toto fusco-sanguineis, nitidis, carina acuta; caryopsi squama fere *quadruplo breviore lato-obovata basi attenuata interne planiuscula externe convexo-acutangula*, apicata punctulis elevatis minutissimis dense obtecta atrobrunnea; *stylo haud exserto* complanato pallido; stam. 3.

C. amnicola Kunth l. c. 52. — Drège, coll. no. 4392 et 7394.

Prom. bon. spei.

85. **C. rupestris** Kunth.

Glauco-virens; multiculmis; radice fibrosa validula; culmis strictis 3 — 4 poll. alt. tenuibus triangulis inferne m. m. compressis basi leviter incrassata *subbifoliatis;* vaginis fissis arctis coriaceo-crassiusculis striatis hyalino-marginatis; foliis basilaribus culmum subaequantibus angustissimis rigidulis canaliculatis apice subobtusis, marginibus superne minute denticulatis; floralibus 2 v. 3 patentibus umbellam biradiatam fere aequantibus v. duplo triplove superantibus; umbellae radiis sessilibus, inferiore monostachyo, altero 3 — 5-stachyo; spiculis fasciculato-congestis patentibus *oblongo-lanceolatis*, statu florente *valde compressis*, 12 — 18-floris; rhacheola recta, foveis oblongis non profundis; squamis approximatis patulis oblongis subobtusis; mucrone acuto, *acute carinatis subseptemnerviis atrosanguineo-castaneis nitidis;* ovario

obovato hinc plano inde convexo-angulato; stylo pallido profunde trifido, stigmatibus exsertis; filament. 3 longis diaphano-pallidis.

C. rupestris Kunth, 52. — Drège herb. n. 7395.

Prom. bon. spei.

86. **C. cognatus** Kunth.

Rhizomate obliquo pennam columbinam crasso; culmis paucis (duobus) subsetaceis quadriuncialibus basi *plurifoliatis;* foliis culmo brevioribus setaceis acutiusculis canaliculatis marginibus superne tuberculato-denticulatis; spiculis 8—4 in apice culmi fasciculatim congestis lanceolato-linearibus compressis 6—4 lin. long., 1 lin. lat., 12—20-floris; involucro triphyllo, phyllo infimo 1—1 ½ poll. long.; squamis approximatis *patulis* ovatis obtusis *breviss. mucronatis* 5-striato-nervatis ex toto sanguineis, nitidulis; rhacheola recta, foveis oblongis; caryopsi *squama ½ breviore* obovata, hinc convexo-acutangula, inde convexo-plana, apicata castanea subnitida; stylo *longe exserto* lato, pellucido stramineo-fuscescente, stigmatibus sordide stramineis; stam. 3.

C. cognatus Kunth, 52. — Drège, coll. no. 1393.

Ora orient. Africae austr.

87. **C. usitatus** Burch.

Stolonibus tenuibus vaginis angustis lanceolatis acutis stramineo-fuscescentibus vestitis, *bulbo-tuberiferis;* bulbo ovato squamis ovato-lanceolatis acutis fuscis dense obtecto; culmo solitario (5—3 poll. long.) compresso-triangulari latere uno canaliculato basi multifoliato; foliis culmo plerumque brevioribus *e basi latiuscula longe angustato-acuminatis flexuosis rigidis* canaliculato-complanatis, apice acutis, marginibus carinaque spinuloso-denticulatis; umbella capitato-contracta, radiis omnibus sessilibus polystachyis; capitulo

$^1/_2$—1 poll. lato, foliis 3—4 setaceis curvatisque eum subaequantibus involucrato; spiculis confertis patentissimis lineari-lanceolatis acutis leniter compressis 8—12-*floris;* squamis coriaceo-tenacibus parum remotis apice patulis *lato-ovatis* subobtusis 7-, v. obscure 9-striato-nervatis, e carina acutiuscula *brevissime subrecurvato-mucronatis*, sanguineis nitidis; ovario oblongo utrinque acuminato compresso-triquetro; stylo elongato superne dilatato *profunde trifido;* stam. 3, filamentis elongatis latisque.

C. usitatus Burchell in Schult. Mant. II. 477. — Drège herb. no. 4391. et sub indicatione: „*C. solidus* var. c.“ — *C. vestitus* Hochst. species supra descripta cum alia confusa esse videtur. — Conf. Regensb. Flora, 1845. p. 755.

Prom. bon spei.

88. **C. gracilis** R. Br.

Radice fibrosa tenui; culmis caespitosis erectis *filiformibus* obscure quadrangulis striatis bisulcatisve; foliis (4—3) subremotis perangustis planis plurinerviis longe acuminatis apicem versus marginibus denticulato-subscabris; superioribus culmum fere aequantibus; involucri foliis 3 erecto-patulis 1—5-uncialibus; spiculis 4—6—8-nisve fasciculato-congestis, oblongo-linearibus subacutis 4—5 lin. long., $1^1/_4$ lin. lat., 16—12-floris; squamis dense imbricatis, fructiferis subpatulis, *orbiculato-ovatis breviter acuminatis*, *acumine obtuso leniter recurvo*, lateribus 7—9-nerviis lutescentibus v. rufis, carina viridulis; caryopsi squama $^1/_3$ breviore *turbinata* triquetra, angulis valde prominentibus obtusis, apice *truncata mucronata*, granulata atrocastanea; stylo vix exserto; stam. 3.

C. gracilis R. Br. l. c. 69. — Kunth, 26. — Sieb. Agrost. no. 23.

Nova Holland.

89. C. incomtus Kunth.

Glauco-virens; caespitosus; radice fibrosa capillari; culmis gracilibus 1 — 1 ½ ped. long. triangulis striatis ima basi leviter tuberoso-incrassatis, plurifoliatis; foliis culmum fere aequantibus angustis planis setaceo-acuminatis marginibus serrulato-subscabris; floralibus 3 — 4 patentissimis, infimo 4 — 6-unciali; spiculis *multis* (15 — 17), in apice culmi fasciculato-congestis, lanceolato-linearibus subacutis 3 *lin. long.*, 1 *lin. lat.*, compresso-turgidulis 12 — 16 — 20-floris; squamis chartaceis approximatis haud patulis late ovato-lanceolatis *acutato-mucronatis*, *mucrone recto*, versus basin quasi truncatam carina planis, obscure 7-nerviis stramineo-lutescentibus ac fuscescentibus; caryopsi squama ⅓ breviore orbiculato-ovata *acuminato-mucronata*, *obtuse triangulari*, basi infima satis attenuata, granulis v. punctulis poriferis dense obtecta fuscescente v. ferruginea; stylo vix exserto, stigmatibus brevibus; stam. 1, filamento persistente lato; rhacheola *satis compressa lata*, foveis brevibus oblongis. — Habitu speciei antecedenti et *C. patuli* Kit. formae monocephalae haud dissimilis.

C. incomtus Kunth l. c. 39.

Brasilia.

†† Umbellae radii elongati v. distincti.

90. C. semitrifidus Schrad.

Pallide viridis; culmis paucis (1 — 3) basi tuberosa conjunctis, erectis 5 — 7 poll. altis tenuibus mag. min. compressis obscure triangulis latere uno plerumque canaliculatis, basi pauci- v. plurifoliatis; foliis culmo subdimidio brevioribus angustis v. angustissimis crassiusculis v. tenuioribus superne angustatis apice acutiusculis, canaliculatis, marginibus tuberculato-denticulatis v. laevibus; vaginis angustis late hyalino-

marginatis; umbella 1—3-, rarius 4-radiata, radiis exterioribus breviter pedunculatis ($^1/_4$—$^1/_2$ poll. long.) 3—6-stachyis, radio intermedio v. duobus intimis sessilibus polystachyis; involucro triphyllo, phyllo exteriore erecto 1—2-pollicari, interioribus multo brevioribus patentissimis reflexisve; spiculis fasciculato-congestis patentissimis lanceolato-linearibus acutis 4—8 lin. long., 1 lin. lat., 16—30-floris satis compressis, fructiferis tamen subtumidis; rhacheola recta, foveis latis planis; squamis approximatis *apice patulis ovato-lanceolatis* acutiusculis, e carina vix viridula acuta mucronatis, mucrone patulo, 7—11-*striato-nervosis* ferrugineo-sanguineis, interdum stramineo-ferruginescentibus, marginibus angustis diaphano-pallidis; caryopsi *squama fere triplo breviore* obovata apice rotundato-obtusa, triangulari, latere interiore parum latiore convexo-plana, granulato-punctulata, punctulis applanatis poriferis, apiculata *viridi-cinerascente; stylo elongato pertenui flexuoso apice extremo* 2—3-*partito* v. saepiss. indiviso *).

C. semitrifidus Schrad. Anal. p. 6. — *C. herbivagus* Kunth, 53. — *C. semitrifidus* et *C. usitatus* N. ab E. herb. — Variat minor, culmo 4—2-pollicari foliisque tenuioribus, capitulo solitario 3—8-stachyo, involucro diphyllo, spiculis brevioribus atrosanguineis: *C. usitatus* var. *sanguinolentus* N. ab E. herb.

Prom. bon. spei. (Eckl. et Zeyh. — Drège.)

91. C. confertus Swartz.

Viridis v. glaucescens; culmis copiosis erectis $^1/_2$—1 ped. alt. (bipedalibus, Swartz) triquetris basi parum bulboso-

*) Ein verlängertes Rhizom, wie solches nach Schrader's Angabe (l. i. c.) bei dieser Art vorkommen soll, habe ich an den geprüften zahlreichen Individuen nicht auffinden können.

incrassatis ibique vaginis angustis vestitis; foliis culmum aequantibus v. superantibus (1 — 1 1/2 lin. lat.) planis marginibus scabris, floralibus 3 — 4 umbella pauciradiata simplici longioribus; umbellae radiis (5 — 3) valde inaequalibus 1/2 — 3 poll. long., intermedio sessili, triquetris apice polystachyis; spiculis capitato-confertis patentibus, inferioribus subreflexis, oblongis compressiusculis (fructiferis subtumidis) 10 — 6-floris; squamis chartaceis remotis patulis ovatis, apice subexciso argute carinatis, 9 — 7-nerviis, lateribus stramineis, rufis v. fuscescentibus aut sanguineo-fuscis, e carina viridula mucronatis, mucrone squama triplo breviore recurvato-patulo; caryopsi (majuscula) squama 1/3 breviore triquetra obovato-subellipsoidea apice obtusiuscula breviter apicata granulis (quandoque poriferis) dense obtecta atrofusca margaritaceo-nitidula; stylo exserto breviter trifido, stigmatibus reflexis; filamentis tribus longiusculis ac angustis; rhacheola valida flexuosa compressa, foveis latis planiusculis.

C. confertus Swartz Fl. Ind. occid. I. 115. — *C. dissitiflorus* Andersson in sched.

Columbia, Ins. Caribaeae et Gallapagens.

β. Biuncialis; culmis 1 — 2-pollic. foliisque setaceis; capitulo solitario; spiculis paucis (6 — 4) lineari-oblongis 8 — 14-floris.

C. biuncialis Anderss. in herb. Reg. Berol.

Ins. Gallapagenses.

92. **C. radians** Nees et Meyen.

Viridis; radice fibrosa; culmis caespitosis *valde abbreviatis*, 1 — 2 poll. long., triangularibus foliosis; foliis culmo multo longioribus rectis v. recurvatis subrigidis carinato-conduplicatis v. planiusculis 1 — 1 1/2 lin. lat. marginibus subscabris; involucro 5 — 7-phyllo quam radii plerumque bre-

viore; umbella 6 — 4-radiata, radiis *elongatis*, 6 — 2 poll. long., erectis patentissimisque; capitulis subglobosis 5 — 7 lin. crass. involucello 6 — 3-*phyllo* suffultis; phyllis setaceis deflexis brevibus, 3 — 6 lin. long.; capitulo intermedio majore plane sessili; spiculis congestis patentissimis oblongo-lanceolatis (maximis lineari-lanceolatis) acutis compresso-turgidulis 6 — 8 — 4-, raro ad 14-floris, 3 — 2 — 4 lin. long., 1 — $1^1/_2$ lin. lat.; squamis subcoriaceis approximatis arcte imbricatis tardius apice patulis suborbiculatis acuminatis v. subrecurvato-mucronatis, apicem versus acute carinatis, sub 11-striatis, lateribus ferruginescentibus v. purpurascentibus, marginibus pallidioribus pellucidis, dorso virentibus; caryopsi squama $^1/_2$ — $^1/_3$ breviore ellipsoidea triangulari mutica dense elevato-punctulata brunnea subopaca; filamentis 3 longe persistentibus subfuscis; stylo subexserto; rhacheola recta validula lata, foveis oblongis.

C. radians Nees et Meyen in Linn. IX. 285. (nomen) et in Nees herb. — Kunth l. c. 95. (per errorem: „*C. radicans*"). — Steud. l. c. 51. — *C. Griffithii* ej. l. c. 316. — *C. macropus* Miq. herb.

China (Meyen), Malacca (Griffith), Borneo (Teysmann).

93. C. glaber L.

Culmo 2 — $^1/_2$-pedali triangulari pl. m. compresso latere uno canaliculato ima basi parum incrassato; foliis culmo brevioribus carinato-planis marginibus carinaque scabris; floralibus 3 — 4 perlongis (interdum nonnullis setaceis auctis); umbella 4 — 8-radiata, radiis apice *polystachyis* ibique saepe ramosis, exterioribus patulis ac divergentibus ad 3 unc. longis; ramis sessilibus; spiculis capitato-confertis patulis lanceolato-linearibus *subcompressis* 6 — 4 lin. long., $1^1/_3$ lin. lat., 16 — 24-floris; squamis *patulis* chartaceis ovato-ellipticis *carinu-*

latis ex apice obtusiusculo v. subexciso mucronulatis obsolete 9-striatis, dorso viridulis, lateribus purpurascentibus v. pallidis, opacis; caryopsi *squama fere dimidio breviore late obovata* aequilatero-triquetra, apice obtusissima, granulis porifeiis dense conspersa apiculoque brevi crasso munita, atrofusca opaca; stylo exserto *profunde trifido;* filamentis tribus persistentibus ferrugineis; rhacheola *rectiuscula pertenui.*

C. glaber L. cod. 62. — *C. patulus* Kit. Host. — Willd. hb. no. 1318, fol. 1. (specim. Kitaibel.). — Kunth l. c. 24. — *C. pictus* Tenore. — Variat minor inflorescentia contracta radiis paucioribus: *C. agrestis* Willd. hb. 1372, fol. 2. — *C. erythraeus* Kunth l. c. 27; nec Schrad. — *C. castaneus* Tenore. — *C. flavescens* Gussone (in herb. Link). — *C. incarnatus* Link herb. — *C. glaber* Rchb. l. c. p. 32. fig. 669.

Hungaria, Italia, Ischia, Sicilia, Asia minor, Ins. Cyprus, Rossia merid., Sierra Leone.

94. C. compressus L.

Glauco-virens v. viridis; radicis fibrillis longis dense fasciculatis; culmo 12—3 poll. alto triangulari plerumque m. m. compresso latere uno canaliculato, basi leviter incrassato; foliis culmo brevioribus v. paulo longioribus angustis carinato-planis marginibus sursum remote spinulosis; umbella simplici 7—1-radiata; radiis intimis sessilibus non raro ramosis, polystachyis, exterioribus patentibus 1—3- (raro 5-) uncialibus, 3—6-*stachyis;* involucro 5—3-phyllo umbella multo longiore; ochreis truncatis ore subbidentatis; spiculis in radiorum apice digitatis v. fasciculato-capitatis, patentibus lanceolato-linearibus 6 — 12 lin. long., 1 1/2 lin. lat., 12 — 16-floris *satis compressis*, *fructiferis medio tumidis;* squamis chartaceis dense imbricatis *apice vix patulis* ovato-lanceolatis

acuminatis acute carinatis tenuiter multinerviis, dorso virentibus, lateribus pallidis, non raro lutescentibus v. fuscescentibus, marginibus membranaceis, mucrone patulo acutiusculo; caryopsi majuscula *squama fere triplo breviore subobcordata* aequilatero-triquetra, angulis prominentibus, punctulato-apicata, granulata fusca nitidula (raro atrofusca sublaevi nitidissima); stylo pertenui vix exserto breviter diviso (stigmatibus non raro tabescent.); filamentis 3 latis ferrugineis; rhacheola *flexuosa* satis compressa primo squamis decurrentibus hyalino-marginata. — Non raro occurrit radiis umbellae paucis v. solitariis sessilibus.

C. compressus L. Cod. 62. — Rottb. l. c. 27. t. 9. f. 3. — Kunth l. c. 13. — Torrey l. c. 270. — Willd. hb. n. 1346. — Wallich hb. n. 3308, b. — Sieb. hb. Maurit. n. 12. — *C. annuus* Bosc. in Willd. hb., partim.

Forma humilis culmis quandoque valde abbreviatis spiculisque interdum longissimis, subbiuncialibus: *C. Meyenii* et *β. subacaulis* N. ab E. herb.

Carolina, Louisiana, Mexico, Costa-Rica, Brasilia, Guiana, Columbia, Ins. Caribaeae, India orient., Java, Ins. Maurit., Borbonica, Philippin., Sechellae, Prom. bon. spei, Senegal.

β. Brachiatus. Culmo abbreviato foliis latiusculis breviore; umbellae radiis patentissimis, spiculis coerulescentibus. — *C. brachiatus* (Poir.) N. ab E. herb.

Manila.

95. C. Schweinitzii Torr.

Rhizomate lignoso brevi pennam corvinam crasso, fibrillis capillaribus; culmo subsolitario, basi tuberascente, gracili 1 — 2 ped. alto triangulari, sursum angulis acutis *spinuloso-scabro*, basin versus leviter compresso laevi; foliis culmo brevioribus 1 lin. lat. carinato-subplanis rigidulis, marginibus

scabris; involucri foliis 4 — 6 erectis, longioribus umbellam simplicem subsexradiatam parum superantibus; umbellae radiis erectis valde inaequalibus, altioribus unciam circ. longis; spiculis 6 — 7, in apice radiorum *alternatim dispositis*, approximatis lineari-lanceolatis 4 lin. long., $1\frac{1}{2}$ lin. lat., 8-floris; squamis *remotis*, apice patulis, fructiferis *distinctis*, coriaceo-crassiusculis ovato-ellipticis longiuscule mucronatis multinerviis stramineo-fuscescentibus v. rufescentibus, marginibus tenuiter membranaceis; rhacheola recta tenui squamae marginibus decurrentibus marginata; caryopsi majuscula *squama parum breviore* ovato-ellipsoidea aequilatero-triquetra apicata punctulis poriferis obtecta fusco-grisea nitidula; stylo *brevi usque fere ad basin trifido;* stam. 3.

C. Schweinitzii Torr. Cyper. 276. — A. Gray Man. 493. — Steud. l. c. 19. — *C. alterniflorus* Schwein., teste Torrey.

America boreal.

96. **C. ciliatus** Jungh.

Glaucescens; radice fibrosa; culmo (pedali) stricto firmo triangulari, angulis acutis, basi leviter bulboso-incrassato, multifoliato; foliis confertis culmo brevioribus tenacibus planis superne marginibus carinaque spinuloso-scabris; involucro 5 — 6-phyllo umbella 7 — 5-radiata simplici longiore; radiis exterioribus $\frac{1}{2}$ — $1\frac{1}{2}$ poll. long.; ochreis aristatis; spicis simplicibus e spiculis pluribus compositis oblongo-subovatis 8 — 6 lin. alt., 6 — 7 lin. lat.; spiculis laxiuscule aggregatis patentibus oblongo-lanceolatis acutis subquinquefloris 3 — 4 lin. long., $1\frac{1}{3}$ lin. lat., inferioribus (in ramis sessilibus singulis) bractea setacea ciliolata munitis; squamis magnis subremotis apice patulis chartaceis ovato-oblongo-lanceolatis breviter mucronatis, dorso multinerviis viridulis, carina interdum

scabrida, lateribus luteo-fuscescentibus; caryopsi non perfecte matura squama $^1/_2$ breviore obovato-ellipsoidea umbonato-apicata, triquetra, acutangula, lateribus excavatis, densissime punctulata fuscescente; stylo vix exserto; filamentis elongatis; rhacheola flexuosa validula marginata.

C. ciliatus Jungh. in Schldl. bot. Zeitg. 1849. p. 97. — Kunth, 62.

Mexico (Schiede).

97. **C. Fendlerianus** Bcklr.

Glauco-pallidus; radice fibrosa tenui; culmo gracili subpedali stricto compresso apice triangulari, *angulis sursum spinuloso-scabris*, basin versus pauci-(4-) foliato; foliis alternis remotis herbaceis setaceo-acuminatis planis complicatisve (2 — 1 lin. lat.) marginibus scabridis, superioribus longioribus culmum superantibus; involucro 5-phyllo; phyllis erecto-patulis, exterioribus latiusculis 6 — 4 poll. long., interioribus setaceis illis multo brevioribus; umbella pauci-(5—6-) radiata, *radiis brevissimis* subramosis spicato-polystachyis; spica intermedia subpollicari 4 — 5 lin. lata cylindracea, reliquis brevioribus oblongis; spiculis (sub anthesi) oblongo-lanceolatis compressis 3 lin. long., 6 — 4-floris; squamis majusculis subremotis apice patulis basi marginibus rachi adnatis *orbiculato-ovato-ellipticis* carinato-complicatis tenuiter membranaceis e carina viridi mucronatis, *mucrone recurvato-patulo*, multistriatis, lateribus *sordide albidis* punctulisque pallide fuscis conspersis, margine hyalino subundulato (flavido); rhacheola flexuosa, internodiis hyalino-alatis; ovario obovato-ellipsoideo triquetro; stylo exserto tenuissimo flavido breviter trifido. — Fendler pl. no. 865.

Nova Mexico.

98. **C. babakensis** Steud.

Tota planta viridula; radice fibrosa dense fasciculata valida *stolones breves squamis orbiculato-ovatis atro-purpureo-nervatis vestitos emittente;* culmo bipedali erecto ex triquetro *satis compresso latiusculo*, *latere uno profunde canaliculato*, basi incrassata vaginis efoliatis tenui-membranaceis circumdato; foliis paucis (tribus) latiusculis (ad 4 lin. lat.) *coriaceo-tenacibus* longe angustato-acuminatis, superiore longe vaginato culmum aequante; foliis floralibus (3) patentissimis, infimo perlongo (9-pollic.); umbella simplici contracta pluri- (4 — 5-) radiata, radiis sessilibus breviterque pedunculatis polystachyis; spicarum rhachi pilosula; spiculis spicatim dense confertis lineari-lanceolatis compressiusculis, fructiferis tumidulis, 4 — 5 lin. long., 1 lin. lat., 12 — 20-floris; squamis (facile secedentibus) dense imbricatis haud patulis ovatis naviculari-convexis e carina acuta *breviter mucronulatis*, obsolete nervatis stramineo-virentibus ac fuscescentibus opacis; caryopsi parvula *squama* $^1/_2$ *breviore late obovato-ellipsoidea* aequilatero-triquetra (immatura leviter compressa) subobliqua, angulis prominentibus *acuto-mucronata* dense elevato-punctulata brunnea opaca; stylo brevi; rhacheola recta compressa latiuscula albo-marginata. — (Stigmata saepius uti videtur tabescentia.)

C. babakensis Steud. in Zolling. Cat. p. 62. — Miquel l. c. 257. — *C. Babakan* Steud. Syn. p. 6 *). — Zolling. pl. Javan. no. 693.

Java.

---

*) Steudel und Miquel nahmen (locis notat.) irrthümlicher Weise den wahren Cyperus für Pycreus, und beschrieben die Frucht ganz anders, als sie in Wirklichkeit ist.

99. C. proteinolepis Steud.

Glaucescens; pluriculmis; radice fibrosa validula; culmo suprapedali erecto gracili tenaci ex teretiusculo v. subtrigono compresso infima basi incrassata multifoliato; foliis basilaribus culmo dimidio brevioribus rigidulis patulis subcurvatisque angustis longissime angustato-acuminatis superne convolutis inferne planiusculis, marginibus usque ad basin denticulatis; floralibus 3 — 2 umbellam simplicem 4 — 7-radiatam subaequantibus setaceo-acuminatis; umbellae radiis patentissimis setaceis $1^1/_2$ — $^1/_2$ poll. long. apice extremo polystachyis, centralibus sessilibus spiculis numerosioribus; his capitato-confertis divergentibus linearibus acutis v. lineari-lanceolatis, compressis $^1/_2$ — 1 poll. long. multifloris; squamis chartaceo-crassiusculis *dense imbricatis*, *fructiferis vix patulis ovato-oblongis apice obtusiusculis integris*, e carina viridi mucronatis, pallidis, interdum lutescentibus, dorso multinervosis sanguineo- v. purpureo-variis, marginibus albidis pellucidis, *mucrone erecto* postea patulo; caryopsi parvula *squama triplo breviore subobovata* obtuse triangulari apice rotundato-obtusa breviter apicata pallide fusca punctulis poriferis obtecta; stylo *elongato validulo* profunde tripartito; filamentis 3 *longe persistentibus* longis latisque; rhacheola recta latiuscula nuda, dentibus approximatis *).

C. proteinolepis Steud. Syn. 15 excl. varietate. *C. conglomeratus* Hochst. et *C. effusus* ej. in sched. — Kotschy it. Nubic. no. 21. — Schimper pl. Arabiae petr. 301.

Nubia, Arabia.

Forma minor magis caespitosa culmis plerumque brevibus

---

*) „Innere Schuppen", gelöste Axenflügel, die Steudel angegeben, kommen bei der Pflanze nicht vor.

tunc adscentibus, spiculis latioribus obtusioribusve: *C. erythraeus* N. ab E. in herb. Regio. — Arabia (Ehrenberg).

β. Pumilus; rhizomate (uti videt.) repente, foliis culmum 2 — 3-pollicarem superantibus, spiculis parvis ovato-lanceolatis. — *C. jemenicus* Hochst. nec Rottb. — Schimp. herb. arabic. no. 1042.

Arabia.

100. **C. excisus** Boklr.

Viridis; culmo ultrapedali *subnutante* ex teretiusculo compresso apice obsolete angulari; foliis basilar. . . ., floralibus 4 *setaceis* umbellam aequantibus v. parum superantibus; hac 5-radiata, radiis indivisis 1 — $1^1/_2$ poll. long. setaceis patentissimis 10-stachyis, intermedio sessili poly-(20-) stachyo; spiculis flabellato-aggregatis 10 — 8 lin. lg. ad sesquilineam latis lineari-lanceolatis *acuminatis valde compressis* 24 — 32-floris; squamis *laxiusculis patulis oblongo-lanceolatis subacutis ex apice bidentato recurvato-mucronatis*, naviculari-convexis, superne carinatis, multinervosis, dorso viridibus, lateribus sanguineo-fuscis, margine angusto pallidiore; caryopsi *squama fere quadruplo breviore* obovato-oblonga obtuse triangulari latere interiore parum latiore concava, punctulis poriferis dense conspersa fuscescente; stylo *pertenui vix exserto* profunde trifido; filam. 3 longis angustisque haud persistentibus; rhacheola recta nuda dentibus remotiusculis. — Speciei praecedenti similis. — (Ex herb. Richard. in Reliq. Lehmann.)

Senegambia.

b. Squamae muticae, obtusae.

101. **C. minimus** Thunb. *).

Dense caespitosus; culmis *plurimis foliisque capillari-*

*) *Cyperus minimus*, *C. tenellus* und *C. lateralis* L. fil., sowie

bus, 1 — 4 poll. long. flaccidulis subcurvatisve triangularibus, basi unifoliatis; foliis culmo multo brevioribus canaliculatis, apice obtusis, laevibus; spiculis 1 — 3 sublateralibus sessilibus oblongis v. oblongo-lanceolatis obtusis 2 — 3 *lin. long.*, 1 lin. lat., satis compressis 12 — 16-floris; involucro monophyllo setaceo basi membranaceo-dilatato, spiculis plerumque parum breviore; squamis *patulis* ovatis obtusis muticis v. brevissime mucronatis multistriato-nervatis, dorso viridulis, lateribus pallidis v. fusco-purpureo- aut purpureo-castaneo-maculatis, margine membranaceo pallido; rhacheola compressa validula *flexuosa;* caryopsi *squama fere* $^1/_3$ *breviore orbiculato-elliptica* triquetra *mucronulata* punctulis elevatis poriferis obtecta fuscescente nitidula; stylo haud exserto breviter trifido; stam. 1.

C. minimus Thunb. Prodr. p. 18. — Ej. Flora I. 375. — *C. tenellus* Vahl l. c. 305. — Willd. herb. n. 1286. — Kunth l. c. 25. — Nees ab Esenb. in Linn. X. 132. — *C. nudiusculus* ej. ibid. — *C. Pumilio* ej. in Linn. IX. 284 (nomen) et herb. — Sieb. herb. Capens. no. 99.

Prom. bon. spei.

102. **C. micromegas** N. ab E.

Culmis caespitosis *setaceis* erectis 4 — 2 poll. long. triangularibus basi unifoliatis; foliis capillaribus brevibus v. brevissimis canaliculatis apice obtusis; spiculis sublateralibus *solitariis v. geminis*, bractea perbrevi suffultis, oblongis v. lineari-oblongis *valde compressis*, apice obtusissimis, 5 — 3 *lin. long.*, $1^1/_2$ *lin. lat.*, 20 — 10-floris; squamis *dense im-*

---

die gleichnamigen Pflanzen mancher anderen Auctoren sind sehr zweifelhaft, und würden über dieselben nur die betreffenden Original-Exemplare entscheiden können.

bricatis, apice subpatulis, ovatis *rotundato-obtusis* muticis *acute carinatis* 11-nerviis stramineis, lateribus rufescentibus, marginibus angustis pallidioribus, carina pallide viridi; rhacheola rectiuscula, foveis brevibus; caryopsi *squama triplo breviore suborbiculata* triquetra *brevissime apicata* tuberculis minutis poriferis scabrata fusco-cinerascente margaritaceo-nitidula; stylo brevi usque fere ad medium tripartito; stamin. *tribus.*

C. micromegas N. ab E. in Linn. X. 131.

Prom. bon. spei.

103. C. dichromenaeformis Kunth.

Radice fibrosa; culmis caespitosis tenuibus ex triquetro pl. m. compressis *superne angulis acutissimis subalatis scabris*, basi 1 — 2— 4-phyllis; foliis culmo brevioribus circ. 2 *lin. latis breviter cuspidatis* membranaceis perfecte planis multinerviis, marginibus nervisque scabris, in pagina exteriore pallidioribus foliis involucralibus 4—3, basilaribus similibus, 1—3-uncias longis; spiculis 4 — 6 (9 — 12, Nees), fasciculato-congestis linearibus obtusis 16 — 30-floris; rhacheola rectiuscula satis compressa, foveis latis oblongis; squamis magnis chartaceis remotiusculis apice subpatulis lato-ovatis angustato-submucronatis, superne acute carinatis, obsolete multinerviis stramineis v. ferruginescentibus concoloratis; caryopsi squama fere dimidio breviore orbiculato-obovata aequilatero-triquetra obtusa apicata subtiliss. punctulata atrofusca stylo vix exserto breviter trifido; stam. 3.

C. dichromenaeformis Kunth l. c. 26. — *C. tephrodes* Schrad. in Nees ab Esenb. Cyper. brasil. p. 30.

Brasilia.

104. C. tenuispicatus Bcklr.

Rhizomate *lignoso obliquo brevi pennam cygneam circ.*

crasso; culmo *solitario* pedali gracili triangulari superne angulis scabriusculo, basi foliato; foliis virentibus linearibus *longe acuminatis* planis laevibus, superne vix margine denticulato-scabriusculis, culmo brevioribus; foliis floralibus 5—6 valde inaequalibus, 5 – 1 poll. longis; umbella *subsimplici* 7 — 5-radiata, radiis patentibus brevibus sessilibusve, longioribus 6 — 7 lin. long., compresso-triangularibus non raro brachiato-ramosis; spiculis in radiorum apice aggregatis divergentibus *tenuissimis* 5 6 lin. long., 12 — 16-floris; rhacheola compressa, foveis nudis non profundis; squamis *parvis* ovatis obtusiusculis obsolete multinerviis sordide stramineis dorso viridulis; caryopsi minuta *ovato-ellipsoidea* acute triangulari *breviter acuminata* pallida.

Guiana gallica. (Ex herb. Musei Paris.)

105. C. fissus Steud.

Virens; *stoloniferus;* stolonibus horizontali repentibus pennam columbinam crassis, vaginis ovato-lanceolatis brunneis obtectis; culmo 2 — 4-unciali triangulari e basi incrassata lignosa fibrillas radicales dense ramosas emittente; foliis copiosis confertis *culmo longioribus* tenacibus carinato-planiusculis *longe angustato-acuminatis* sursum marginibus spinuloso-scabridis; involucro 2 — 3-phyllo erecto; inflorescentia *depauperata* capitato-contracta: radiis lateralibus sessilibus *monostachyis*, intermedio brevissime pedunculato 3 — 4-*stachyo;* spiculis fasciculatis erectis oblongis acutis 6 — 8-floris; squamis oblongis obtusiusculis 7 — 9-striato-nervatis pallide castaneis v. lutescentibus, nitidulis, basi hyalina pallida decurrentibus; stylo elongato profunde trifido.

C. fissus Steud. in Regensb. Flora. 1842. p. 593. — Ej. Syn. p. 30. — Richard l. c. 487. — Schimp. pl. Abyss., sect. II. no. 992.

Abyssinia.

106. C. fuscescens Willd.

Viridis; culmis caespitosis erectis 5 — 6 poll. long. triangularibus sulcatis basi leviter bulboso-incrassata vaginis efoliatis ore lanceolato-productis brunneis obtectis; vagina superiore elongata angusta foliiferis; foliis brevibus rigidis canaliculato-planiusculis apice obtusis; foliis floralibus duobus $^1/_2$ — 2 poll. long. carinato-conduplicatis margine non raro scabris; spiculis numerosis (24 — 12) in apice culmi fasciculato-congestis linearibus apice acutiusculis compressis 5 lin. long., $^2/_3$ lin. lat., 14 — 12-floris; rhacheola flexuosa, articulis subchartaceo-alatis; squamis coriaceo-crassiusculis nitidulis parum remotis, fructiferis apice patulis, lato-ovatis obtusis, infra apicem denticulo praeditis, 9-striato-nervatis ferrugineo-sanguineis concoloribus, margine membranaceo vix pallidioribus, carina superne acutiuscula; caryopsi squama $^1/_3$ breviore oblonga leviter curvata obtuse triangulari mutica dense elevato-punctulata nigra vix nitidula; stylo exserto fusco; stam. 3.

C. fuscescens Willd. herb. no. 1306. — Kunth Cyper. 51. Promont. bon. spei?

107. C. atrosanguineus Hochst.

Glauco-virens; rhizomate repente lignoso pennam anserinam crasso; culmo *pedali et ultra* triangulari, *basi aequali bifoliato;* foliis basilaribus culmo multo brevioribus tenacibus carinato-planiusculis apice obtusis, *marginibus laevibus v. minutissime dentatis;* floralibus 3 — 4 inflorescentiam aequantibus et superantibus; umbella *capitato-contracta* (10 — 11 lin. lata), *radiis subsessilibus;* spiculis *fasciculatim dense aggregatis* lineari-lanceolatis 12 — 8-floris; squamis chartaceis oblongo-ovatis obtusis atro-fuscis obscure 7-nerviis nitidis, carina straminea fuscescente; caryopsi squama duplo

breviore oblonga triangulari sublaevi fuscescente; stylo validulo *haud exserto* usque fere ad medium trifido; filam. 2; rhacheola flexuosa tenui, foveis squamae basi descendente late membranaceo-marginatis.

C. atrosanguineus Hochst. in sched. — Steud. Syn. p. 30. — Schimp. herb. Abyssin. no. 229.

Abyssinia.

108. **C. rigidifolius** Steud.

Glaucescens; rhizomate lignoso crassiusculo brevi; culmo solitario erecto (4 poll.) triquetro inferne leviter compresso basi *incrassata* lignosula foliorum vaginis brunneis obtecto ibique fibrillas radicales validas emittente; foliis *multis* confertis culmo brevioribus v. subaequalibus rigidis breviter acuminatis apice acutis, acute carinatis, marginibus superne serrulatis; involucri foliolis 4 erectis umbella fere duplo longioribus; hac 6—4-radiata densa, radiis brevibus subramosis; spiculis *spicato-congestis* lineari-oblongis acutis 4—8-*floris*; rhacheola flexuosa tenui; squamis chartaceis oblongo-ovatis obtusis obsolete 5-nerviis, lateribus castaneis nitidulis, carina viridula; ovario lineari-oblongo; *stylo longe exserto profunde trifido;* filam. 3 elongatis.

C. rigidifolius Steud. in Regensb. Fl. 1842. p. 593. — Ej. Syn. 30. — Richard l. c. 486. — Schimp. herb. Abyss. no. 991.

Abyssinia.

109. **C obtusiflorus** Vahl. (emend.)

Rhizomate horizontali v. obliquo lignoso digitum minimum crasso vaginis brunneis vestito; culmo solitario rigido tenui v. crassiusculo $^1/_2$ — 1-pedali, raro multo altiori, bipedali et ultra, triangulari v. obscure trigono basi haud evidenter incrassata multifoliato; foliis culmo multo brevioribus firmis

viridibus v. glaucescentibus angustis complicatis margine scabridis; foliis floralibus 3 v. 4 patentissimis reflexisve 1 — 4 poll. long. *basi dilatata* capitulum subglobosum ($^3/_4$ — 1 poll. lat.) arcte amplectentibus; spiculis 10 — 15 congestis ovatis v. lato-ovatis complanatis obtusis 4 — 5 *lin. long.*, 3 — 4 *lin. lat.*, 16 — 20-floris; squamis dense imbricatis, fructiferis remotiusculis alternis, sublinearibus v. ovato-lanceolatis, obtusis v. acutiusculis obscure multinerviis, superne acute carinatis, pallide stramineis fuscescentibus; caryopsi squama subtriplo breviore ovato-ellipsoidea aequilatero-triquetra apicata subtiliter punctulata atrofusca; stylo exserto; filam. 3 elongatis persistentibus.

C. obtusiflorus Vahl l. c. 308. (v. s.) — Kunth l. c. 45. et *C. sphaerocephalus β. leucocephalus* ej. ibid. — Forma pygmaea culmo vix pollicari: *C. compactus* Lam., *C. striatulus* Vahl (teste specim. ex Museo Paris.).

Madagascar, Prom. bon. spei.

β. Flavissimus. Glaucus; spiculis (interdum latissimis) aureis v. aurantiacis.

C. sphaerocephalus Vahl, 310. — Kunth, 45. — *C. flavissimus* Schrad. Anal. p. 5. t. 2. f. 2.

Prom. bon. spei.

110. C. margaritaceus Vahl.

Glaucus; rhizomate repente tenui; culmo gracili rigido 1 — 2-pedali triangulari ima basi tuberascente ibique plurifoliato; foliis rigidulis angustis culmo multo brevioribus carinato-complicatis v. marginibus involutis, vix scabriusculis; floralibus tribus reflexis 1 — 3 poll. long. *basi vix parum latioribus;* spiculis 4 — 5 in culmi apice fasciculato-aggregatis maximis, 6 — 8 — 9 *lin. long.*, $3\,^1/_2$ *lin. lat.*, *oblongis* v. ovatis *rotundato-obtusis* compresso-tumidulis 20 — 10-floris;

squamis magnis approximatis *ex lato-ovato* superne paulo angustatis, obtusis v. acutiusculis sordide stramineis et fuscescentibus striolisque copiosissimis obtectis; caryopsi squama multo breviore suborbiculari v. ovato-subellipsoidea *aequilatero-triangulari* apiculata *laevi* fusco-castanea interdum cinerascente; stylo tenerrimo *haud exserto* breviter trifido; filamentis elongatis, antheris longis tortisque. — (Secundum specimen Thonning. in hb. propr.)

C. margaritaceus Vahl l. c. 307. — Kunth l. c. 46. — *C. eburneus* Thonn. in sched.

Guinea. Nupe.

111. **C. niveus** Retz.

Glaucescens v. raro viridis; rhizomate repente *pennam cygneam crasso;* culmis subpluribus gracilibus 4 poll. ad 2 ped. longis triangulis *versus basin incrassatis* ibique plurifoliatis; foliis culmo saepe multo brevioribus *perangustis* setaceo-acuminatis carinato-complicatis, marginibus scabriusculis; foliis floralibus 2, raro 1 v. 3, subpollicaribus patentissimis, *basi vix latioribus;* spiculis 5—9 capitato-confertis oblongo-lanceolatis, apice saepius acutis, valde compressis 4—9 *lin. long.*, 2—2½ *lin. lat.*, 10—36-floris; squamis longis approximatis ovato-lanceolatis apice obtuso subtridentatis, carina superne acuta, multinerviis, nervis prominentibus, pallidis, interdum fuscescentibus, punctulis lineolisque subtilissimis rubiginosis conspersis; caryopsi ellipsoidea aequilatero-triquetra apicata punctulata atrofusca; stylo filamentisque exsertis *).

*) Die unter 109, 110 und 111 beschriebenen Arten stehen in mancher Beziehung den Gliedern der mit „Repentes“ bezeichneten Gruppe ziemlich nahe.

C. niveus Retz. — Vahl l. c. 308. — Kunth, 45.
India orient.

C. *Diffusi.* Virides; foliosi. Radix saepissime annua, fibrosa. Folia saturate viridia lata et elongata, tenui-membranacea, plana. Umbella corymbosa saepius composita, radiis elongatis. Spiculae submultiflorae compressiusculae fuscescentes. Squamae naviculari-convexae subcarinatae, mucronatae v. raro acuminatae, multinerviae. Rhacheola tenui quadrangula vix leviter compressa nuda. Caryopsis squama paulo brevior. Stylus exsertus; stigmata longa. Filamenta brevia. — *Diffusi* Kunth, pro parte.

112. C. simplex Humb. et Kunth.

Culmis pluribus *valde abbreviatis* (5 — 2 poll. long.) tenuibus infirmis compresso-triquetris; foliis multis culmum longe superantibus; umbella simplici 6 — 9-radiata, radiis longissimis, ad 10-pollicar. *compressissimis*, subancipitibus flaccidis, apice saepius 3 — 1, raro 4 — 5-stachyis; involucro polyphyllo radios subaequante; spiculis linearibus leviter compressis 16 — 36-floris, inferioribus bracteolatis; squamis ovatis acuminatis apice obtusiusculis, lateribus tenui-membranaceis fuscescentibus; caryopsi squama duplo (raro subtriplo) breviore lato-obovata triangulari apice fere truncata, apiculata granulis poriferis obtecta fusco-albicante margaritaceo-nitida. — Umbellae interdum viviparae.

C. simplex Humb. et Kunth. — Kunth, 26. — Nees ab Esenb. l. c. 30. — Willd. hb. n. 1301. — *C. radiosus* Rchb. in Weigelt coll.

Guiana angl. et holland., Brasilia, Columbia, Peruvia, Mexico.

113. C. miliifolius Poepp. et Kunth.

Rhizomate descendente tenui et brevi sublignoso; culmo pedali tenui rigidulo *triquetro* apicem versus angulis (interdum membranaceis) *scabrido*, basi pluri- (6 — 4-) foliato; foliis culmo non raro longioribus flaccidis latiusculis (2 — 3 lin. lat.) acuminatis nervis tribus prominulis, subtus pallidioribus; umbella composita 9 — 8-radiata; radiis divergentibus setaceis compressis $^1/_2$ — 1 poll. long., intermedio brevissimo; radiolis fere sessilibus patentissimis 2 — 4-stachyis; involucro subpentaphyllo longissimo; spiculis flaccidulis fasciculatis linearibus acutis compressis 5 — 6 lin. long., vix lineam latis, 22 — 12-floris; rhacheola pertenui flexuosa; squamis remotis, fructiferis distinctis incurvatisque, ovato-lanceolatis acutiusculis, *haud mucronatis*, superne acute carinatis, multinerviis olivaceo-fuscis; caryopsi minuta squama $^1/_2$ breviore *rotundato-ellipsoidea* acuminato-mucronulata triangulari punctulato-scabrata fusco-albicante margaritaceo-nitida; stylo parum exserto profunde trifido.

C. miliifolius Poepp. et Kunth in Kunth. Cyper. p. 29. — *C. lacustris* Schrad. in Neesii Cyper. brasil. p. 31.

Domingo (Mayerhoff), Guiana (Schomb.), Brasilia.

114. C. elegans Vahl.

Culmo 1 — 2-pedali v. raro altiore erecto gracili rigido triangulari, angulis acutis v. obtusiusculis, interdum compresso, basi leviter incrassata multifoliato; foliis culmum aequantibus latiusculis (2 — 3 — 5 lin. lat.) flaccidis v. raro rigidulis, cuspidatis, marginibus nervisque scabris; umbella corymbosa composita v. semidecomposita multiradiata; radiis patentibus canaliculato-compressis, exterioribus 3 — 5 poll. long.; involucro polyphyllo, phyllis inferioribus radiis aequilongis v. multo longioribus; spiculis subternis digitatis oblongo-, v. lineari-

lanceolatis paulo compressis 3—4 lin. long., 10—16-floris; squamis remotiusculis, fructiferis distinctis, *orbiculato-obovatis* naviculari-convexis carinulatis mucronatisve, mucrone patulo, striato-nervosis ad latera membranaceis lutescentibus ferrugineo-lineolatis, carina viridi; caryopsi squama paulo breviore obovato-orbiculari rotundato-obtusa v. interdum obovato-ellipsoidea, apice obtusiuscula, aequilatero-triangulari, angulis prominentibus obtusiusculis, brevissime apicata, sublaevi atrofusca nitidula; stylo exserto pertenui profunde trifido; stam. 3; antheris minutis tortis, apice barbatis.

C. elegans Vahl l. c. 322 (vix Linn.). — Meyer Fl. esseq. p. 28. — Nees ab Esenb. Cyper. bras. 33. — *C. moestus* et *C. diffusus β. brevifolius* Nees herb. — *C. umbrosus* in Lindl. et Nees herb. (forma speciei praevalida caryopsi ovato-orbiculari). — *C. racemosus* (Retz.) Steud. Syn. 52. et in Zolling. Verz. 62. — Sieb. herb. Trinit. no. 9. — Zolling. pl. Javan. no. 720.

Variat rhizomate brevi crasso lignoso subrepente et porro inflorescentia depauperata; radiis primariis brevioribus vix ramosis, spiculis paucifloris. *C. toluccensis* H. et K. (v. s.). Kunth l. c. 28. — *C. parciflorus* Willd. herb. n. 1342.

India orient., Java, Guiana gall. et angl., Brasilia, Columbia, Ins. Trinit.

β. Moestus: umbella opulenta spiculis numerosioribus brunneis. *C. moestus* Kunth, 31. Wallich herb. no. 3370 a.

Penang.

γ. Longifolius: umbella subcomposita depauperata, foliis longissimis latissimisque, involucralibus subbipedalibus, 6—7 lin. lat. — *C. diffusus α. longifolius* Nees. herb.

India orient.

11. C. diffusus Vahl.

Culmo 1—2-pedali erecto rigido triangulari; foliis culmo subaequilongis latis (ad 5 lin. lat.) acuminatis marginibus carinulaque vix scabris; umbella corymbosa *decomposita et supradecomposita;* radiis (5—2 poll. long.) diffusis tenuibus subsemiteretibus canaliculatis; secundariis *multis* patentissimis fere *capillaribus;* involucro universali 7—5-phyllo umbellam superante; radiolis 3—2—1-, raro 4—6-stachyis, summis (monostachyis) *longiusculis tenuissimisque;* spiculis digitatis *oblongo-lanceolatis acutis* compressiusculis 2—3 lin. long., 8—10-*floris;* squamis *dense imbricatis*, fructiferis patulis, *lato-ovatis acutiusculis* naviculari-convexis vix carinatis breviter mucronatis, mucrone acuto patulo, multistriolatis, dorso obscure viridibus, lateribus sordide stramineis ferrugineo- v. sanguineo-variegatis; caryopsi squamam fere aequante *ellipsoidea*, apice acuta v. obtusiuscula, triquetra brevissime apiculata *granulata* fusca (submatura, rufescente); stylo exserto profunde trifido; stam. 3, interdum unico.

C. diffusus Vahl, 321. — Kunth, 30. — Forma umbellis decompositis (haud supradecompositis) radiolisque 3—6-stachyis: *C. lagorensis* Steud. Syn. 36. — *C. longifolius* N. ab E. herb. — Cuming. pl. ins. Philipp. no. 445, 533, 534. — Boivin pl. no. 3057.

India orient. Insul. Philippinae, Moluccan.

β. Macrostachyus; radiolis copiosis subelongatis polystachyis; spiculis (fructiferis) exacte linearibus acutiusculis tumidis 16—18-floris, 4 lin. long.; squamis dense imbricatis adpressis. *C. pubisquama* Steud. l. c. 20*). —

*) Die Angabe Steudel's bezüglich dieser Pflanze: „squamae dorso puberulae" beruht auf einer Täuschung.

Zolling. Verz. p. 62. — Ej. herb. no. 533. — Miquel Flora p. 266.

Java.

116. C. longifolius Poir.

Culmo 1—2-pedali triangulari rigido; foliis longis latisque (4 lin. lat.) marginibus carinulaque scabridis; involucro 7—6-phyllo umbella supradecomposita multiradiata longiore; radiis validulis patentibus 4—2 poll. long. leviter compressis canaliculatis; radiolis 3—5-*stachyis*, raro monostachyis, *supremis validulis brevibus v. sessilibus;* spiculis *fasciculatis oblongis* compressis 8—10-floris; squamis remotis patulis *oblongis* vix acutiusculis, mucronatis, mucrone brevi leviter recurvato, plurinerviis stramineo-ferruginescentibus; caryopsi (submatura) squama $^1/_3$ breviore *oblonga* (raro subellipsoidea) triquetra, *apice obtusa*, apicata granulata rufescente; stylo exserto usque fere ad medium trifido; stam. 3.

C. longifolius Poir. in Willd. herb. no. 1332, 1339. (c. *C. alternifolio* intermixt.) fol. 3. — Kunth l. c. 30.

Madagascaria, Borbonia.

117. C. chalaranthus Presl.

Culmo subsolitario rigido (7 — 15 poll. alto) triangulari basi plurifoliato; foliis culmo brevioribus $1^1/_2$ — 3 lin. lat. acuminatis marginibus scabriusculis, subtus pallidioribus; involucri foliolis 6—7 umbellam subdecompositam multiradiatam *subaequantibus;* radiis primariis elongatis sed valde inaequalibus, 6—2 poll. long., *erecto-patulis triangulis;* spiculis 3—8-nisve (raro solitariis) subfasciculatis *erecto-patulis* linearibus acutiusculis compressis 6 — 4 *lin. long.*, $1^1/_4$ lin. lat., 16 — 30-*floris;* squamis remotiusculis patulis ovato-subellipticis apice acutatis v. obtusis, mucronatis, mucrone longiusculo subrecurvato-patulo, multinerviis stramineo-lute-

scentibus, superne carinulatis (carina quandoque spinuloso-scabra); caryopsi squama $^1/_3$ breviore *ellipsoidea* triangulari obsolete punctulata atrofusca nitidula; stylo elongato tenuissimo usque fere ad basin tripartito.

C. chalaranthus Presl. — Kunth l. c. 28. — *C. umbrosus* Lindl. et Nees in Cyperogr. brasil. p. 31. — *C. dependens* Schrad. in Nees herb.

Peruvia. Brasilia.

D. ***Repentes.*** Pallidi saepeque glaucescentes. Rhizoma semper fere elongatum crassum et lignosum, interdum stoloniferum. Culmi rigidi teretiusculi v. trigoni, foliis coriaceo-tenacibus v. duris, canaliculatis. Inflorescentia plerumque capitata, rarius fasciculata v. umbelliformis. Spiculae confertissimae angustae acutae compresso-turgidae multiflorae. Rhacheola compressa lata, foveis brevibus planiusculis nudis. Squamae approximatae latae naviculari-convexae apice tantum subcarinulatae, multinervatae v. striatae. Caryopsis interne plana, externe convexo-angulata, squama multo brevior. Filamenta subpersistentia elongata lata, antheris magnis. Stylus saepius elongatus. — *Arenarii* s. *repentes* Kunth, pro parte.

118. **C. arenarius** Retz.

Virens v. subalbidus. Rhizomate horizontali longe repente pertenui (pennam columbinam crasso), tereti (juventute) vaginis lanceolatis vestito, ramoso, ramis erectis bi- v. trifidis; culmo (ex singulo ramulo) tenui 8—3 poll. longo obtuse trigono sulcato, basi plurifoliato; foliis curvatis coriaceo-crassiusculis usque fere ad apicem obtusum aequilatis, canaliculato-teretibus leviter compressis striatis marginibus remote denticulatis, culmo longioribus brevioribusve; capitulo solitario

polystachyo, non raro radio uno brevi 5—3-stachyo aucto; involucri folio uno 1—2-pollicari erecto, reliquis binis brevissimis; fasciculis spicularum densissime aggregatis; spiculis ovato-lanceolatis parum compressis 12—10—8-floris, raro ad 16-floris; squamis laxiuscule imbricatis leviter adpressis oblongo-ovatis subacutis brevissime mucronatis striatis rufescentibus v. pallidis fuscescentibus; caryopsi magna exacte obovata breviter apicata, interne plana, externe subalte convexo-angulata, puncticulata brunnea v. fusca nitente; stylo exserto apice trifido (quandoque bifido).

C. arenarius Retz. — Vahl l. c. 298. (v. specim. Koenigian.) — Wallich hb. no. 3535. — *C. persicus* Steud., Boiss. — Steud. Syn. 28. — Kotsch. pl. Pers. austr. no. 5 et 21.

Ceylona, India orient., Persia.

119. C. pungens Bcklr.

Glauco-pallidus; rhizomate *nodoso* brunneo e nodis fibrillas longas validas sublanuginosas emittente, internodiis pennam corvinam circ. crassis; culmis *validis* erectis trigonis leviter compressis lateribus plerumque canaliculatis, basi plurifoliatis; foliis coriaceo-tenacibus canaliculato-subcomplicatis *e basi* 1 — 2 *lin. lata sensim angustatis mucronato-acuminatis*, saepiss. curvatis, marginibus denticulatis v. laevibus, culmum superantibus v. eo brevioribus; vaginis ampliatis apertis hyalino-membranaceis multinerviis mox fissis plerumque pallidis; capitulo apicali v. spurie laterali, e spicularum fasciculis subsessilibus formato, magno (diam. $1\frac{1}{4}$—1 poll.) polystachyo, foliis tribus angustis eum ipsum aequantibus v. duplo triplove superantibus patentissimis arcte involucrato; spiculis perdense aggregatis *magnis*, 7 — 10 *lin. long.*, 2 *lin. lat. oblongo-lanceolatis* acutis compressis 18—20—36-floris (in var. *δ.*

10—12-floris); squamis arcte imbricatis apice patulis ovato-oblongis — inferioribus magis rotundatis — apicem versus carinatis, infra apicem obtusum v. acutiusculum mucronatis, mucrone v. erecto v. patulo, valido acuto, multistriolatis viridi-stramineo-pallidis, lateribus interdum pallidissime fuscis v. sanguineo-pictis, late hyalino-marginatis; caryopsi juvenili magna lato-obovata ima basi angustata interne concava, externe convexo-angulata tumidula, vix apiculata, punctulis minutissimis applanatis, flavida; stylo elongato latiusculo *profunde trifido.*

α. Elatus; rhizomate repente, culmo subsolitario 4—10 poll. alto, capitulo interdum radio uno elongato oligostachyo aucto.

Pro *C. aegyptiaco* habuit Kunth l. c. 49. — *Schoenus macrorrhizus* Rich. in herb. Kunth. *Cyper. macrorrhizus* Nees in Wight Bot. (teste Kunth.).

Aegyptus. (Figari leg.; sub signatura „*Schoenus mucronatus* v. *radiatus*“ ded. Merat.)

β. Multiceps; rhizomate perpendiculari internodiis longis, 2—3-uncial., apice diviso; culmis brevibus binis v. ternis e singulis nodis apicalibus; capitulis magnis polystachyis.

Aegyptus. (Raddi leg.; sub nomine *Cyperi globosi* Forsk. mis. Savi. — In Reliq. Lehmann)

γ. Multiculmis; flavo-virens, vix glaucescens; rhizomate tuberoso internodiis destituto, tuberibus crassis dense agglomeratis, vaginis fissis obtectis; culmis subpluribus; capitulo majori polystachyo.

C. glaucus Nees et Ehrenb. in herb. Berol. — *C. erythraeus* Ehrenb. herb.

Aegyptus. Arabia. (Ehrenberg.)

δ. Tenuis; pulchre chlorino-albidus; rhizomate horizontali repente crasso, internodiis brevissimis; culmis densis

tenuibus 5 — 2 poll. long.; foliis perangustis mollioribus; capitulo (statu florenti) evidenter spurie laterali; spiculis paucioribus ovato- v. oblongo-lanceolatis 10 — 12-floris. — (Mis. Hohenack. c. designatione: „*C. glomeratus* v. *arenaria* Decne.“ — In herb. propr.)

Algeria.

120. C. crassipes Vahl.

Glaucescens; rhizomate perpendiculari *longissimo crassiusculo*, internodiis inferioribus satis attenuato, vaginis longis membranaceis postea fissis stramineo-ferruginescentibus dense vestito; culmo subabbreviato, 8 — 14 poll. long. recto rigido crasso v. triangulari et sulcato v. teretiusculo, basi multifoliato; foliis saepe arcuatis coriaceo-tenacibus e basi latiuscula (3 — 4 lin. lat.) subplana *longissime angustato-acuminatis*, superne convolutis, marginibus denticulatis v. spinulosis, superioribus culmo longioribus; umbella multiradiata contracta polycephala v. saepius ad capitulum unicum redacta; radiis abbreviatis, $1^1/_2$ — 1 poll. longis, crassiusculis; capitulis *maximis* ($1^1/_2$ — 2 poll. in diam.) *subrotundis polystachyis;* involuco *polyphyllo longissimo reflexo;* spiculis densissime aggregatis lineari-lanceolatis acutis compressiusculis 6 lin. long., 1 — $1^1/_2$ lin. lat., 8 — 10-floris; squamis remotiusculis ex lato-ovato lanceolatis acutato-mucronulatis 12 — 14-nerviis stramineo-ferrugineis, margine pallidioribus; caryopsi juvenili oblongo-ellipsoidea apiculata; stylo exserto; filamentis longissimis.

C. crassipes Vahl l. c. 299. Kunth l. c. 82. — *C. cephalostachyus* Steud. 315. (v. s.)

Senegal. Ins. Prom. virid. (Bolle).

121. C. maritimus Poir.

Rhizomate obliquo brevi crassiusculo stolonifero; stolonibus

perlongis pennam gallinaceam crassis vaginis alternis brunneis v. fuscescentibus laxe vestitis; culmo abbreviato teretiusculo striato-angulato inferne multifoliato; foliis coriaceo-tenacibus culmum superantibus longe angustato-acuminatis, superne canaliculato-involutis curvatisque, marginibus remote spinuloso-dentatis, umbella simplici *subcorymbosa* pluri- v. pauciradiata, radiis apice 10—20-stachyis, intermediis brevissimis, ceteris 1—2 poll. long. aut brevioribus; foliis floralibus (4 — 6) umbella plus duplo longioribus; ochreis ampliatis apice bifidis; spiculis in *spicas* orbiculatas mag. min. dense congestis oblongo-lanceolatis *acutis tumidis* leviter compressis 14 — 6-floris; squamis dense v. laxiuscule imbricatis lato-ovatis convexis *vix conspicue carinulatis*, infra apicem rotundatum *brevissime mucronatis*, tenuissime multinervatis striatulisque stramineis pallideque purpureo- et ferrugineo-variis, superne medio vix viridulis, infimis vacuis iis floriferis plane similibus; caryopsi obovata apice obtusa compresso-subtrigona, angulo medio vix elevato, subtilissime denseque striato-granulata atro-fusca opaca vix apicata; stylo fragili laevi profunde trifido.

α. Humilis; culmo valde abbreviato (2—3 poll. long.) crassiusculo duro; foliis subomnibus latiusculis; inflorescentia depauperata subcapitato-contracta; spiculis squamisque satis approximatis, illis 10 — 14-floris.

C. maritimus Poir. — Kunth l. c. 47. — *C. rigidus* Willd. hb. 1302, nec Vahl.

Madagascar.

β. Heterophyllus; culmo subelongato (6 — 9 poll. alt.) valido v. graciliore; foliis longissime angustato-acuminatis, superioribus angustioribus involutis; umbella explicata; spiculis 8 — 6-floris.

C. heterophyllus Bcklr. antea.

Africa orient. (Peters. Forbes.)

122. C. aegyptiacus Glox.

Glaucescens; rhizomate longe repente stolonifero vaginis efoliatis brunneis vestito, apice ramoso; culmo $^1/_2$ — 2 ped. alt. valido saepius subnutante obsolete trigono v. teretiusculo; foliis culmum subaequantibus non raro recurvis, coriaceis canaliculato-complicatis longe acuminatis subpungentibus; involucri foliis tribus patentissimis 3—1 poll. long. basi latiore capitulum solitarium polystachyum pollicem latum arcte cingentibus; spiculis confertissimis oblongo-lanceolatis 6—8—10-floris; squamis lato-ovatis infra apicem obtusum mucronatis, vix carinulatis tenui-remoteque nervatis stramineo-fuscescentibus, inferne atrosanguineo-pictis, nitidis; caryopsi squama fere triplo breviore ellipsoideo-obovata apicata, latere interiore subplana, exteriore convexo-obtusangula, punctulis poriferis seriatim densiss. obtecta fuscescente nitidula.

C. aegyptiacus Glox. Kunth, 48. — *Schoenus mucronatus* L. Cod. 59. Vahl, 213. Rchb. Cyperoid. p. 34. f. 680. — *C. schoenoides* Griseb.

Gallia merid., Italia, Sicilia, Hispania, Graecia, Algeria, Aegyptus, Arabia, Syria.

123. C. curvulus Bcklr.

Glauco-virens; rhizomate caespitifero repente nodoso brevi, internodiis fere nullis, radiculis longis crassis lanuginosis; culmis brevissimis, sesquipollicem vix longis leviter curvatis trigonis subcompressis sulcato-striatis, basi foliatis; foliis culmum superantibus arcuatis rigidis linearibus angustis usque ad apicem obtusum fere aequilatis, striatis, inferne canaliculatis leviterque compressis, superne planis, marginibus punctato-denticulatis; vaginis brevibus apertis hyalino-mar-

ginatis, inferioribus brunneis; capitulo solitario (raro radio uno discreto aucto) sublaterali sessili 3 — 6-stachyo bibracteato; bractea una foliacea capitulum fere aequante, altera squamiformi foliaceo-apicata brevissima; spiculis patulis magnis, ad 7 lin. long., supra lineam latis, lineari-lanceolatis (minoribus ovato-lanceolatis v. ellipticis) compressiusculis ad 40-floris; squamis densis arcte imbricatis late ovato-oblongis v. ovato-sublanceolatis, muticis v. saepius infra apicem obtusiss. v. acutiusculum brevissime valideque mucronatis, planoconvexis, superne carinulatis, multinerviis, dorso viridulis, lateribus sanguineo-variegatis v. fuscescentibus, margine pellucido-pallidis; caryopsi (ovario foecundato subconformi) parva orbiculari-obovata basi angustata apice subtruncata, hinc plana inde convexo-angulata, breviter apicata minutissime denseque punctulata badia nitente.

C. conglomeratus v. *pumila* Herb. un. itin. arab. n. 810. — *C. effusus* forma pumila Hochst. in Schimp. pl. Arab. fel. ed. II. Kotsch. pl. nubic. n. 21. — *C. proteinolepis* Steud. Syn. 15 pro parte.

Arabia. Nubia.

124. **C. arcuatus** Beklr.

Glauco-pallidus; rhizomate nodoso, internodiis destituto, caespitifero, radiculis longis crassis lanuginosis; culmo crassiusculo erecto *teretiusculo* v. obsolete trigono haud sulcato bipollicari v. multo breviore, basi folioso; foliis culmo longioribus curvatis *duris*, *intus spongiosis*, *e basi canaliculato-subsemicylindrica sensim angustatis*, *apice* acutis *subpungentibus*, vix striatis, marginibus denticulatis; vaginis brevibus apertis membranaceo-marginatis brunneis; fasciculo spicularum solitario *apicali* sessili 7—3-stachyo (quandoque radio brevi unico associato), foliis binis ternisve erectis *quam*

ille ipse longioribus fulcrato; spiculis *erectis* linearibus acutis parum compressis 8—10 lin. long., 20—24-floris; squamis *remotiusculis* apice subpatulis ovato-lanceolatis acutis *tenuique mucronatis*, convexis, superne carinulatis, multinerviis fusco- v. sanguineo-variegatis, margine pellucido-pallidis; ovario foecundato *obovato-oblongo* apice breviter acutato, hinc concavo, inde convexo-angulato; filamentis latissimis. — Facies fere speciei praeced.

M. Sinai. (Ex herb. Musei Paris. sub nomine *Schoeni mucron.* var.) Aegyptus (Ehrenb.).

125. **C. conglomeratus** Rottb. (emend.)

Glaucescens. Rhizomate lignoso pennam corvinam circ. crasso; culmo rigido erecto triangulari v. trigono aut teretiusculo, inferne multifoliato, ima basi tuberascente vaginis brunneis v. atropurpureis tunicato fibrillisque longis crassiusculis instructo ibique digitum minimum crasso; foliis confertis, quandoque fasciculatis, strictiusculis coriaceo-crassiusculis, vetustis sublignoso-duris, inferne canaliculato-subsemiteretibus, sursum angustato-acuminatis arcuatisve, apice compresso-subtriangularibus, haud pungentibus, margine punctato-dentatis, superioribus culmo subaequilongis; umbella 6—4-radiata; radiis indivisis patulis patentissimisque $^1/_2$ — 1 poll. longis et brevioribus, apice polystachyis; foliis floralibus 4 — 3 valde inaequalibus flexuosis, maximo ad 8 poll. longo; ochreae lamina sublongo obtusa; spiculis densissime capitato-conglomeratis divergentibus oblongo- v. ovato-lanceolatis, acutis v. obtusiusculis, compresso-turgidulis 4 — 6, raro 8 lin. long., 16 — 30-floris; squamis chartaceis nitidulis valde approximatis adpressis ovatis v. ovato-oblongis apice m. m. obtusis v. interdum breviter acutatis, aut raro subexcisis, naviculari-convexis, e carina apicali brevi-mucronatis, multinerviis

striatisque griseo-fuscescentibus, non raro sanguineo-variegatis v. flavescentibus; caryopsi majuscula satis compressa orbiculato-obovata, basi leviter angustata, hinc plana inde convexo-angulata, angulo obtusissimo, apice rotundata, minutiss. densissimeque punctulata grisea nitente; stylo profunde trifido.

α. Major. Glaucescens; culmo elongato, subbipedali, v. triangulari v. evidenter teretiusculo; umbella contracta v. magis evoluta; spiculis saepe brevibus, ovato-lanceolatis.

C. conglomeratus Rottb. l. c. p. 21. t. XV. f. 7. (forma *microstachya*) et *C. effusus* ej. ibid. p. 22. t. XII. f. 3. (forma *macrost.*)*) *C. brachystachyus* Nees et Ehrenb. in herb. Regio. — *C. stellatus* eorum ibid.

Arabia (Ehrenberg).

β. Minor. Glaucus; culmo semipedali sulcato-angulato; foliis multis fasciculatis, v. paucis; spiculis plerumque majoribus oblongis; squamis parum angustioribus apice obtusioribus brevissime mucronatis.

C. conglomeratus (Rottb.) in Schimp. pl. arabic. no. 301. Arabia.

---

*) Ich kann nicht daran zweifeln, dass die beiden oben genannten Speciesnamen Rottböll's hier auf die rechte Pflanze übertragen worden sind, welches namentlich durch ein geeignetes reiches, von C. Ehrenberg in Arabien gesammeltes Material ermöglicht wurde. — Wenn Rottböll's Nachfolger jene Namen den verschiedensten Pflanzen beilegten, so hat jener die Irrthümer insofern selbst veranlasst, als die Darstellungen der Pflanzen bei ihm sehr mangelhaft sind und auch nur so ausfallen konnten, da namentlich zu *C. conglomeratus* nur *ein* und zwar nicht völlig entwickeltes Specimen vorlag. — Die Verschiedenheiten der beiden Pflanzen, soweit sie aus Rottböll's Darstellungen hervorgehen, finden sich bei Individuen, die unzweifelhaft zu einer und derselben Species gehören.

126. C. pachyrhizus N. ab E.

Viridi-glaucus; subcaespitosus; radicis fibrillis longis subtomentosis; culmis erectis 1 — 1 ½ ped. alt. validis subangulatis compressiusculis basi incrassatis ibique dense foliatis; foliis *strictiusculis culmo subaequilongis* tenacibus, inferne canaliculatis, sursum angustatis planiusculis leviterque recurvis, apice obtusiusculis, haud pungentibus, marginibus denticulatis; vaginis subcoriaceis inferne brunneis; capitulo *solitario* (¾ — 1 poll. crasso) subgloboso, foliis tribus *reflexis* 1 — 5 poll. long. basi haud dilatatis involucrato; spiculis *plurimis densiss. aggregatis ovato-lanceolatis* acutis compressiusculis 12 — 14-floris, 3 — 4 lin. longis; squamis dense imbricatis apice subpatulis ibique carinatis, ovato-oblongis obtusis breviter mucronatis glauco-pallidis rubescentibus multinerviis; caryopsi squama fere triplo breviore obovata *satis compressa* latere interiore plana, exteriore convexa, *vix angulata*, breviter apicata atrocastanea punctulata nitida; stylo vix exserto profunde trifido.

C. pachyrhizus N. ab E. in herb. Regio *).

Penins. Ind. orient. (Ex herb. Wight, sub no. 2381 et no. 1225 b.)

127. C. ensifolius Nees et Ehrenb.

Tota fere planta fuscescens. Rhizomate repente; culmis (binatis) subpedalibus erectis rigidis, superne teretibus, inferne

*) Von *C. conglomeratus* ist die hier beschriebene Pflanze u. a. durch das fehlende kriechende Rhizom, durch dünnere Blätter und andere Inflorescenz, so wie durch die Früchte und Griffel verschieden. — Durch längere Halme, dichtere Köpfe, durch die zurückgeschlagenen Deckblätter, wie durch kleinere Aehrchen, kurzmucronirte stumpfe Schuppen, andere Früchte und Griffel weicht sie von *C. pungens* ab.

valde incrassatis denseque foliatis basi bulbosa fibrillis radicalibus crassis lanuginosis instructis; foliis (evidenter spiraliter positis) strictis apice leviter arcuatis 6 — 2 poll. long. duris canaliculato-cylindraceis subpungentibus; vaginis fissis basi valde dilatatis coriaceo-crassiusculis castaneis anguste membranaceo-marginatis; capitulo solitario maximo, diam. 18—20 lin., globoso polystachyo; foliis floralibus tribus patentissimis brevibus, longiore capitulum subaequante; spiculis densissime fasciculatis linearibus acutiusculis leviter compressis 7—9 lin. long., 34 — 40-floris; squamis valde approximatis arcteque imbricatis brevibus, e basi latissima ovato-sublanceolatis, apice m. m. obtusatis, naviculari-convexis e carina apicali brevissime mucronatis totis pallide fuscis, margine membranaceo pallidioribus; caryopsi valde juvenili exacte obovata compressa interne concaviuscula externe convexo-subangulata, albida; stylo brevi usque ad medium trifido. — Species insignis et singularis *C. glomerato* proxima.

C. ensifolius Nees et Ehrenb. in herb. Regio Berol. Arabia (Ehrenb.).

128. **C. falcatus** Nees et Ehrenb.

Glauco-pallidus; dense caespitosus; rhizomate subrepente brevi et crasso lignoso, radiculis longis crassis lanuginosis; culmis numerosis (subaequilongis) 6 — 8-uncialibus tenuibus erectis teretiusculis vix angulatis impresso-punctulatis, basi tuberascentibus, inferne plurifoliatis; foliis culmo aequalibus v. parum longioribus approximatis perangustis valde curvatis duris intus spongiosis, inferne canaliculato-subsemiteretibus, apice fere triangulis setaceisque, marginibus denticulatis; vaginis apertis brunneis primo hyalino-marginatis; umbella triradiata foliis binis setaceis valde curvatis ipsam superantibus involucrata; radiis lateralibus setaceis $\frac{1}{2}$ — 1 poll. long., sub-

recurvis 3 — 4-stachyis, intermedio sessili diviso plerumque polystachyo; ochreis acuminatis; spiculis fasciculatis patentibus magnis, 8—10 lin. long., 2 lin. lat., compressis oblongo-lanceolatis acutis 24 — 30-floris; squamis subdense imbricatis apice patulis oblongo-lanceolatis mucronatis convexis superne carinulatis, dorso tenuiter striatis fuscescentibus, margine hyalino-albidis; caryopsi valde juvenili pyriformi latere interiore concava exteriore convexo-angulata; stylo elongato.

C. falcatus Nees et Ehrenb. in herb. Reg. Berol. — *C. foliatus* Ehrenb. herb.

Donkolah (Ehrenberg). Ora Aegyptiaco-Nubica (Schweinfurth).

E. *Sulcati* s. *glutinosi.* Spiculae oblongae multiflorae capitato-aggregatae; rhacheola recta v. flexuosa compressa angusta nuda subefoveata. Squamae remotae, fructiferae distinctae, naviculari-convexae, obsolete carinatae ellipticae recurvato-mucronatae striatae et sulcatae subenerviae. Stamina tria, filamentis haud elongatis. Umbella subcomposita, radiis saepius elongatis. Radix fibrosa caespitifera. Folia angusta rigidula involuta culmos subaequantia. — Culmi et vaginae glutinosae.

129. C. viscosus Ait.

Glauco-virens; culmis 1 —2-pedal. subtrigonis sulcatis striatisve, basi plurifoliatis, foliisque glutinosis; foliis culmo brevioribus v. longioribus angustis rigidulis complicatis v. involutis apice planis v. triquetris, marginibus remote dentatis; vaginis subomnibus foliiferis; umbella 5 — 7-radiata; involucro triphyllo longissimo; radiis validulis patentibus 1 — 4 poll. longis, longioribus 2 — 4-ramosis v. interdum cum reliquis indivisis; ramis patentissimis reflexisve, bracteis brevibus

reflexis; spiculis multis capitato-confertis patentissimis lanceolato-oblongis obtusiusculis leviter compressis 4 lin. long., $1^1/_2$ lin. lat., 12 — 16-floris; squamis coriaceo-chartaceis remotiusculis, fructiferis patulis, orbiculato-ellipticis mucronato-acuminatis, acumine valido patulo, striatis sordide stramineis, dorso viridulis, ad latera saepius purpurascentibus, superne acute carinatis; caryopsi squama fere dimidio breviore pyriformi aequilatero-triquetra, angulis obtusiusculis, mucronulata, atrofusca, punctulis applanatis poriferis conspersa, non rara membrana pallida obtecta, nitida; stylo exserto breviter trifido. — Sieb. Flora Martinic. no. 12.

C. viscosus Ait. Hort. Kewens. I. 79. — Vahl l. c. 303. — Kunth Cyper. 28. — Forma microstachya, spiculis subovalibus 6—8-floris: *C. elegans* Rottb. l. c. 34. t. 6. f. 4. — *C. viviparus* Steud. l. c. 316.

India occident. Mexico.

130. **C. trachysanthos** Hook. et Arn.

Viridulus; culmo bipedali valido trigono sulcato ac striato, basi plurifoliato, foliisque glutinosis; vaginis omnibus foliiferis; foliis culmum subaequantibus rigidis angustis complicatis, marginibus spinuloso-scabris; umbella multi- (9-) radiata; radiis erecto-patulis valde inaequalibus, 4 — 1 poll. long., longioribus subbiramosis, reliquis indivisis; ramis semiuncialibus reflexis folio perbrevi et angusto suffultis; involucro 5 — 6-phyllo, phyllis exterioribus valde elongatis; spiculis *numerosissimis* capitato-congestis divergentibus reflexisve oblongo-lanceolatis acutiusculis compressis 4—5 long., 2 *lin. lat.*, 16—10-floris (ad 30-floris, Hook. et Arn.); squamis (fructiferis) *discretis ovato-oblongis* acuminato-mucronatis, mucrone *longiusculo* leviter recurvo, tenuissime multinervatis, prope carinam *sursum acutam ibique aculeato-dentatam*

sulcatis, ex toto purpureo-fuscescentibus opacis; caryopsi *squama plus duplo breviore* subpyriformi triangulari breviter acuminata atrofusca granulata, interdum membrana pallida obtecta, nitidula; stylo *elongato profunde trifido;* rhacheola flexuosa.

C. trachysanthos Hook. Arn. — Steud. l. c. 53. — *Mariscus glutinosus* Schrad. in herb. Berol.

Ins. Sandwicens. (Chamisso).

131. C. oxylepis N. ab E.

Viridulus, subglutinosus; culmis (1 — ½-pedal.) obsolete angulatis sulcatis striatisve basin versus paucifoliatis; foliis rigidulis angustis culmum subaequantibus, apice acutis, marginibus *vix spinuloso-scabridis* involutis; vaginis inferioribus subefoliatis; involucri foliis 3 — 4 erecto-patulis, longioribus umbellam (5 — 3-radiatam) duplo triplove superantibus; radiis erecto-patulis abbreviatis, ½ — 1 ½ poll. long., (an semper?) indivisis; spiculis compluribus capitato-confertis, inferioribus divergentibus, compressiusculis lineari-lanceolatis *acutis* 4 — 5 — 10 *lin. long.*, 1 ½ lin. lat., 12 — 30-*floris;* rhacheola *strictiuscula* pertenui; squamis remotis *subdisjunctis* chartaceis *elliptico-oblongis e carina obtusa mucronatis*, mucrone *longiusculo acuto sulcato* patulo, dorso striatis bisulcatisque, lateribus luteo-rufescentibus v. ferruginescentibus; caryopsi squama parum breviore *anguste oblonga utrinque angustata* triangulari, *apice angulis acutis*, punctulata ferruginea opaca, stylo persistente valido *breviter trifido* coronata.

C. oxylepis Nees. herb. — Steud. Syn. p. 25.

Guiana.

F. *Bracteati* s. *Luzuloidei.* Spiculae saepissime multiflorae satis compressae fasciculatae; fasciculi bracteati

capitato-aggregati. Squamae approximatae mox deciduae carinato-naviculares acutae, vix unquam evidenter mucronatae, trinerviae v. subenerviae, non raro bisulcatae, fructiferae marginibus inflexis. Caryopsis mucronata. Stam. 1. Stylus et stigmata saepiss. brevia. Rhacheola pertenui recta compressiuscula nuda, internodiis oblongis planiusculis. Radix fibrosa, rariss. (in *C. reflexo*) rhizoma elongatum. Umbella corymbosa simplex v. composita.

Luzuloidei Kunth excl. speciebus.

132. C. vegetus Willd.

Laete viridis; culmo laevi 1 — 3-pedali obtuse triangulari saepius pl. m. compresso; foliis culmo longioribus brevioribusve *herbaceis* 3 — 4 lin. lat. longe angustato-acuminatis *planis vix carinulatis*, subtus inter nervos obsolete septatis, marginibus scabriusculis; umbella corymbosa simplici v. composita compacta multiradiata; involucro heptaphyllo *longissimo;* radiis erecto-patulis 1 — 4 poll. long. tenuibus subsemiteretibus, haud sulcatis; capitulis polystachyis magnis (diam. 4—10 lin.) subglobosis; spiculis lanceolato-linearibus 12 — 46-floris; squamis *membranaceis* dense imbricatis, fructiferis patulis, *ovato-lanceolatis peracutis*, apice erecto-patulis, obsolete trinerviis, interdum bisulcatis, subtilissime reticulatis stramineo-viridulis v. flavescentibus aut rufescentibus, carina sursum acuta quandoque scabrida; caryopsi *squama duplo breviore obovata* triangulari, pedicello basi toroso brevi, longiuscule mucronata dense punctulata brunnea margaritaceo-nitida; stylo subexserto.

C. vegetus Willd. Spec. I. 283. et herb. no. 1348. f. 1 — 3. — Vahl l. c. 326. — Kunth l. c. 40. — Pöppig pl. chilens. II. 13. — *C. monandrus* Roth, Catal. I. 3. et herb.

Chili, Ins. Juan Fernandez, Buenos Ayres.

133. C. acutangulus Boklr.

Viridis; culmo *compresso-triquetro* infirmo, *angulis alatis peracutis scabris*, *lateribus duobus excavatis*; foliis basilar. ...; involucro poly- (7-) phyllo, phyllis patentissimis valde inaequalibus, infimo sesquipedali, herbaceis sed tenacibus, planis 2 — 3 lin. lat. longissime angustato-acuminatis subtiliter nervatis, haud septatis, marginibus carinaque scabris; umbella *composita* explanata multi- (10 — 12-) radiata; radiis (divaricatis) 3 — 1-pollic. subflexuosis tenuibus compresso-semiteretibus, *angulis scabriusculis*, longioribus apice 5-*ramosis*; ramis setaceis 5 — 3 lin. long.; capitulis laxiusculis subglobosis 7 — 5 lin. crass. poly- (25 — 10-) stachyis; spiculis lineari- v. oblongo-lanceolatis 2 — 3 lin. long., $1^1/_3$ lin. lat., 16 — 20-floris; squamis remotiusculis, *fructiferis totis liberis*, *coriaceis* ovato-oblongo-lanceolatis acutis, apicibus rectis, subbisulcatis *obsoleteque uninerviis* obtuse carinatis, carina basi infima planiuscula; caryopsi squama fere dimidio breviore *ellipsoidea* triangulari *mucronata*, basi *in pedicellum brevem torosum attenuata* dense punctulata *castanea* vix nitidula; stylo perbrevi.

Chili (Chamisso).

134. C. robustus Kunth.

Glauco-virens; culmo 4 — 5-pedali stricto intus spongioso, acute triquetro, lateribus excavatis, *striato-septatis*, angulis laevibus; foliis culmo brevioribus *crassiusculis* carinato-planis ad 4 lin. lat. nervosis *inter nervos septato-punctatis*, marginibus vix scabriusculis; umbella *simplici* suboctoradiata; involucro 3 — 4-phyllo, phyllis valde inaequalibus, infimo suprapedali; radiis tenuibus $1^1/_2$ — $^1/_2$ poll. long. trigonis; capitulis subglobosis, diam. 6 — 3 lin.; spiculis densis oblongo-lanceolatis 3 — 4 lin. long., 16 — 30-floris;

squamis papyraceis dense imbricatis, fructiferis paulo remotis, *subincurvis* oblongo-ovatis acutis obsolete trinerviis, carina inferne plana apice acutiuscula ibique interdum scabrida, viridulis fuscescentibus; rhacheola latiuscula, internodiis subcuneiformibus brevibus subexcavatis; caryopsi *squama parum breviore oblonga breviter acutata haud pedicellata obtuse triangulari reticulata* fusca margaritaceo-nitidula; stigmatibus asperiusculis pallidis stylo brevissimo longioribus.

C. robustus Kunth l. c. 41. — Nees ab Esenb. Cyp. bras. 21. variet. *β. excepta.*

Brasilia (Sello).

135. **C. Drummondii** Torr. et Hook.

Pallide virens; culmo subtripedali *gracili stricto rigido ac duro* triquetro *lateribus binis concaviusculis* superne angulis peracutis scabro; foliis rigidulis culmo multo brevioribus 2—3 lin. lat., longe angustato-acuminatis carinato-subplanis marginibus carinaque scabridis; foliis floralibus 3—4 setaceo-acuminatis complicatis 1—7 poll. long.; umbella simplici subnovemradiata (5—6-rad., Torr.); radiis patentibus *brevibus*, $\frac{1}{2}$—$\frac{1}{4}$ poll. long., tenuibus trigonis *laevibus;* capitulis globosis densissimis diam. 9 lin., 40—50-*stachyis;* spiculis lanceolato-linearibus obtusiusculis 3 lin. long., vix 1 lin. lat., 20—30-floris; squamis parvis *coriaceis adpressis*, apice vix patulis, ovato-oblongo-lanceolatis acutis, haud incurvatis, *subtiliter trinerviis* stramineo-rufescentibus et fuscescentibus, subtiliss. reticulatis, carina inferne concaviuscula apice subacuta; caryopsi *squama paulo breviore oblonga triangulari* longiuscule mucronata *evidenter pedicellata lineato-papillosa*; brunnea stylo brevissimo.

C. Drummondii Torr. et Hook. in Torrey Cyper. amer. 437. — Drumm. pl. texan. no. 449. — (Herb. propr.)

Texas.

136. C. ochraceus Vahl.

Glauco-virens; culmis pluribus 1 — 2 ped. alt. tenuibus strictiusculis rigidis obtuse triangularibus v. trigonis, angulis laevibus, basi multi- (10 — 6-) foliatis; foliis culmo brevioribus erectis subherbaceis 2—1 lin. lat. planis complicatisve, marginibus et carina spinuloso-denticulatis; umbella simplici v. subcomposita multi- (12 — 8-) radiata; radiis erecto-patulis tenuibus 3 — $^1/_2$ poll. long. subtrigonis, longioribus saepe brachiato-biramosis; ramis patentibus v. divergentibus breviter bracteatis; involucro 5—7-phyllo longissimo; capitulis orbiculatis 6—8 lin. lat. polystachyis; spiculis umbellatis linearibus obtusiusculis tumidulis 3 — 4 lin. long., 16 — 24-floris; spicularum fasciculis bractea minuta fultis; squamis approximatis, dein distinctis, *patentibus late carinato-navicularibus* e basi lato-ovata calcarato-appendiculata angustatis, apice acutiusculis, obscure trinerviis *rugulosis* reticulatisque, carina viridi superne acuta, lateribus stramineo-rufescentibus v. fuscescentibus; caryopsi squama $^1/_3$ breviore *ellipsoidea utrinque attenuata trigona reticulata* brunnea margaritaceo-nitidula; stylo brevissimo vix exserto; stamine persistente.

C. ochraceus Vahl l. c. 325. (v. specim. a Wiestio lecta). — Kunth, 27.

Ins. S. Crucis, Domingo, Guadeloupe, Cuba.

137. C. virens Michx.

Viridis; culmis subpluribus *robustis acute triquetris*, lateribus saepe excavatis, non raro m. m. compressis, *angulis superne scabris*, bipedalibus (ad quinquepedal. sec. Torrey) versus basin multifoliatis; foliis culmo parum brevioribus (raro longioribus) coriaceis 4—5 *lin. lat. longiss.* angustato-acuminatis *acute carinatis* planiusculis v. compaginatis, margi-

nibus subundulatis scaberrimis, multinervosis, inter nervos septato-punctatis; umbella corymbosa composita, raro subdecomposita, multiradiata; involucro 7—5-phyllo longissimo; radiis 2 — 1 poll. long. aut brevioribus, erecto-patulis aut patentissimis, *validulis leviter compressis sulcato-striatis;* spiculis in capitulum densum *subglobosum* (3—6 lin. crass.) dispositis ovatis v. ovato-lanceolatis satis compressis 8—20-floris; squamis coriaceis *patulis* ovato-oblongis breviter acutatis, *apicibus rectis*, obsolete nervatis, serius prope carinam sulcatis cum bracteis fasciculorum saepe marginibus carinaque ciliolatis, fuscescentibus v. lutescentibus; caryopsi squama $^1/_3$ breviore anguste oblonga utrinque acuminata triangulari subtilissime punctata rufescente v. fuscescente; stylo exserto.

C. virens Michx. Fl. I. p. 28. — Torr. Cyper. 275. — Kunth, 40. — *C. robustus β. glomuliferus* Nees Cyper. bras. p. 21, nec *C. glomuliferus* Schrad. — Drummond pl. amer. no. 384 et 582.

Civit. Americ. unit. calidior. Mexico. Brasilia.

β. Glauco-pallidus; culmo valde compresso paucifoliato; capitulis parvis, spiculis paucifloris; squamis pallidioribus oblongo-ovatis peracutis superne marginibus et carina ciliolatis.

Brasilia (Sello).

138. **C. surinamensis** Rottb.

Viridis v. raro lutescens; culmis subpluribus erectis tenuibus $^1/_2$ — 2 ped. alt. *triangulis*, interdum compressis saepius *antrorsum aculeolatis;* foliis culmum aequantibus v. eo brevioribus *subherbaceis* angustis, vix supra lineam latis, *complicatis v. planiusculis*, marginibus spinulosis; umbella corymbosa composita v. decomposita multiradiata, interdum m. m. contracta; radiis (3 — $^1/_2$ poll. long.) radiolisque erecto-

patulis v. raro patentissimis, tenuibus compressis; involucro 5—7-phyllo longissimo; capitulis *subglobosis* e pluribus minoribus arcte conglomeratis compositis; spiculis *oblongo-lanceolatis*, minoribus ovatis, obtusis 10—30-floris; squamis *minutis membranaceis arcte imbricatis*, fructiferis vix patulis, *leviter incurvis*, oblongis acutiusculis v. brevissime mucronatis, carina *evidenter trinerviis*, *subtilissime reticulatis* straminео-viridulis, v. fuscescentibus aut lutescentibus; caryopsi *squama dimidio breviore* minutissima oblonga acuminata triangulari *punctulato-scabriuscula* ferruginescente; stylo exserto.

C. surinamensis Rottb. l. c. 35. t. 6. f. 5. — Kunth l. c. 43. — Nees ab Esenb. Cyper. brasil. p. 21. — Willd. herb. no. 1324. — Sieb. hb. Trinit. no. 8. — Ej. herb. Martinic. Suppl. no. 8. et Agrostoth. no. 103. — *C. microcephalus* N. ab E., nec R. Br. — *C. virens* Rchb. in Weigelt. hb. Surinam. — *C. denticulatus* Schrad. in Schult. Mant. II. 104. — *C. recurvifolius* Ruiz herb.

α. Viridis; capitulis saepe compositis densis magnit. pisi minimi et mediocris; spiculis 10 — 20-floris.

β. Lutescens; capitulis simplicibus majoribus et laxioribus, spiculis 20—30-floris luteo-rufescentibus: *C. formosus* Vahl l. c. 327. — Kunth, 41.

Mexico, India occid., Columbia, Peruvia, Guiana, Brasilia, Nova Holland.

139. **C. silletensis** N. ab E.

Tota planta *glauco-virens;* radice fibrosa tenui; culmo pedali erecto triangulari striato, latere uno canaliculato, infima basi plurifoliato; foliis *culmo saepius multo brevioribus* (5 — 9 poll. long.) erectis 1 lin. lat. planis, superne margine spinulosis; umbellae compositae *subcompactae* radiis (12—6)

plerisque abbreviatis, longioribus 1 — 1/2 poll. alt., confertis, quam involucrum 4 — 5-phyllum erectiusculum multo brevioribus; radiis secundariis brevissimis; spiculis pluribus fasciculato-capitatis oblongis compressis obtusis 1 1/2 lin. long., 1 lin. lat., 12 — 14-floris; squamis patulis *ovatis* carinulatis acutiusculis (haud evidenter mucronatis) obsolete trinerviis subbisulcatis sordide pallidis diaphanis, dorso virentibus; caryopsi minutissima squama fere dimidio breviore *ellipsoidea* acuminato-mucronata triangulari dense punctulata rufescente; stylo *brevissimo*.

C. silletensis N. ab E. herb. — Kunth, 33. — Wallich. herb. n. 3363 f.

India orient.

140. **C. acuminatus** Torr. et Hook.

Viridis; culmis caespitosis erectis 2 — 6 poll. alt. subsetaceis obscure triangularibus v. subquadrangulis, striatis, basi paucifoliatis; foliis culmo brevioribus angustis (1/2 — 1 lin. lat.) planis striatis acuminatis apice marginibus scabris; foliis floralibus 3 — 4 erectis perlongis, infimo ad 7-pollicare, basi anguste membranaceo-marginatis; umbella 3 — 5-radiata, non raro radio unico sessili; radiis erecto-patulis 1/4 — 1 poll. long.; capitulis subglobosis 6 — 3 lin. crass. foliolis subtribus brevibus sqamiformibus fulcratis; spiculis numerosis densissime aggregatis oblongo-linearibus obtusis 16 — 20-floris; squamis parvis oblongis recurvato-acuminatis obsolete trinerviis subtiliter reticulatis stramineo-virentibus v. lutescentibus; caryopsi minutissima squama 1/2 breviore ellipsoidea utrinque acuminata triangulari elevato-punctulata stramineo-fuscescente; stylo haud exserto breviter trifido.

C. acuminatus Torr. et Hook. in Torr. Cyper. amer. 435. Steud. l. c. 14. — *C. filicinus* Nees herb.

America septentr.

141. **C. cyrtolepis** Torr. et Hook. (emend.)

Viridis v. glaucescens; subcaespitosus, gracilis; culmo tenui stricto bipedali et ultra, v. *trigono* v. raro obtuse triangulari, *non raro compresso*, *laevi;* foliis tenacibus erectis longe angustato-acuminatis planis 1 — 2 lin. lat. marginibus scabridis, longioribus culmi dimidium subaequantibus; floralibus 4 — 6-nis, 2 — 6-pollicar. ac longioribus; umbella corymbosa composita v. simplici (raro semidecomposita) multiradiata; radiis patentissimis valde inaequalibus, 1 — 3 poll. long., *tenuibus compresso-semiteretibus*, haud striatis, longioribus apice brachiato-ramosis; ramis *divergentibus setaceis* bractea angusta subsetaceo-acuminata suffultis; capitulis 2 — 4 lin. diam. *subcordato triangularibus subtrilobis*, lobulis arcte conjunctis polystachyis; spiculis dense fasciculatis, *v. orbiculato-ovatis* 10 — 4-*floris v. late ovato-lanceolatis* 10 — 20-*floris;* squamis chartaceis v. membranaceis approximatis patulis, fructiferis remotiusculis, oblongo- v. lineari-lanceolatis *acutis*, postea apice recurvis, obsolete tri- v. plurinerviis, dein prope carinam subsulcatis, dorso viridulis, ad latera ferruginescentibus, margine haud ciliolatis; caryopsi juvenili squama $^1/_2$ — $^1/_3$ breviore oblongo-lineari breviter acuminata triangulari; stylo brevissimo ac tenuissimo.

C. virens A. Gray Manual p. 493. pro parte (fide specim. authent. in hb. propr.). — Drummond. hb. no. 384, partim.

Virginia, Louisiana (Drumm.), Carolina (Beyrich).

β. Glaucescens; foliis paucis remotis; umbella simplici, radiis paucioribus brevibus erecto-patulis; spiculis paucifloris squamisque subovato-lanceolatis evidenter nervatis membranaceis pallidis.

C. Luzulae? Kunth herb.

Brasilia (Sello), Montevideo (Otto).

γ. *Caespitosus;* culmis pluribus tenerrimis (14—8 poll. long.) foliisque perangustis; umbella simplici depauperata, 6—3-radiata; involucro 3—4-phyllo; radiis erectis valde inaequalibus, longioribus 1—1 $^1/_2$-pollicar.; capitulis majusculis, diam. 3—5 lin., triangularibus v. globosis; spiculis sub 15-floris; squamis viridulo-pallidis v. ferrugineis.

C. cyrtolepis Torr. Hook. in Torr. Cyper. p. 436. — Drumm. pl. texan. no. 450.

Texas.

δ. *Arenicola;* culmis subsolitariis $^1/_2$—1 $^1/_2$ ped. alt. basi infima tuberascentibus; umbella simplici pauciradiata, radiis sessilibus v. breviter pedunculatis, majoribus $^1/_2$—$^3/_4$ poll. long.; capitulis e multis parvis compositis magnis, 4—6 lin. crassis; spiculis 10—20-floris; squamis ferrugineis, carina viridibus, nervis prominulis.

C. arenicola Steud. l. c. 51. — *C. calcaratus* N. ab E. herb. — Vinzent, texan. Pfl. no. 26.

Texas.

142. C. reflexus Vahl.

Rhizomate obliquo brevi v. elongato repente, aut subbulboso-contracto; culmis subsolitariis rigidis strictis 1—3 ped. long. v. multo brevioribus, versus apicem triangulis, inferne obsolete angulatis non raro leviter compressis, infima basi tuberascentibus; foliis culmo brevioribus (rariss. sublongioribus) remotiusculis tenacibus planis complicatisve, marginibus superne spinuloso-dentatis; floralibus 3—4 erecto-patulis reflexisve (v. raro omnibus erectis) valde inaequalibus, infimo ad 4—5 poll. longo; capitulis glomerato-compositis v. simplicibus, globosis polystachyis, non raro magnitudine Cerasi minoris, v. solitariis sessilibus v. pluribus minoribus pedunculatis, centrali sessili; pedunculis erectis $^1/_2$—1 poll.

long.; spiculis densissime fasciculatis valde compressis ovato-oblongis v. lineari-lanceolatis acutiusculis 2 — 3 lin. long., 1 lin. lat., 12 — 24-floris; squamis approximatis apice patulis *ovato- v. oblongo-lanceolatis* acutato-submucronatis *remote trinerviis*, carina viridulis, lateribus fusco-sanguineis aut rufis, v. interdum totis sanguineis; caryopsi minuta squama saepius plus duplo breviore *ellipsoidea v. ovato-elliptica longiuscule mucronata* dense punctulata fusco-cinerascente v. nigricante, opaca; stylo haud exserto; stam. 1. (1 — 3, Torrey).

C. reflexus Vahl Enum. 299 (v. specim. Vahlian.). Kunth, 42. Nees ab Esenb. l. c. 18. — *C. Sellowii* Link Hort. I. 307. et herb. — *C. haematostachys* Steud., 41. — Lechler. pl. chilens. n. 283. — Forma capitulis pluribus pedunculatis: *C. rufescens* Torr. l. c. 436. (v. s.). — *C. fraternus* N. ab E. l. c. 19. et herb. — *C. sparteus* Schrad. (teste Nees.). — *C. Brazas* Steud., 316. (v. s.). — Drumm. pl. texan.

Brasilia, Chili, Montevideo, Texas.

β. Macrostachys; altus; capitulo solitario simplici laxiore maximo (ad $1^3/_4$ poll. crasso); spicularum fasciculis umbellatim dispositis; spiculis longissimis, pollicaribus; squamis oblongis vix acutiusculis concoloribus.

Brasilia (Sello).

143. C. Tabina Steud.

Radice fibrosa; culmo bipedali tenui, $^3/_4$ lin. crasso, triangulari, lateribus binis sulcato, rigido basin versus tuberascentem plurifoliato; foliis approximatis culmo brevioribus tenacibus acuminatis carinato-planis, $3^1/_2$ — $2^1/_2$ lin. lat. sursum marginibus carinaque scabris, subtus tenuiter nervatis, inter nervos septato-punctatis; vaginis basi purpurascentibus; foliis floralibus 5 — 4 patentissimis valde inaequalibus, ex-

terioribus duobus 6—3 poll. long., reliquis multo brevioribus, perangustis; umbella *composita* multiradiata; radiis divergentibus 1 — $^1/_2$ *poll. long.* compresso-subsemiteretibus striatis apice *brachiato-ramosis;* ramis lateralibus brevibus, 2 — 3 lin. long., patentissimis 4-*stachyis*, centralibus sessilibus *sub* 10-*stachyis;* spiculis *fasciculatim confertis* ovato-oblongis, minoribus ovatis, *compressiusculis* obtusis 3 — 2 lin. long., 1 $^3/_4$ lin. lat., 10—8—6-*floris;* squamis patulis *tardius ex toto liberis*, oblongis v. ovato-lanceolatis obtusis v. breviter acutatis, obsoletiss. trinerviis, ferrugineo-sanguineis nitidulis; caryopsi minuta squama $^1/_2$ breviore triangulari, angulis prominentibus obtusis, longe acuminata, granulata olivaceo-fuscescente; stylo exserto profunde diviso; stam. 3.

C. Tabina Steud. in Lechler. pl. peruvian. ed. Hohenack. no. 1916. — (Herb. propr.)

Tabina Peruviae.

144. **C. fraternus** Kunth.

Culmo solitario stricto tenui rigido 2 — 2 $^1/_2$ ped. alto *ex teretiusculo* leniter compresso versus apicem subtriangulari, laevi, infima basi tuberascente; foliis culmo dimidio brevioribus glaucescentibus strictis rigidis 1 — 2 lin. lat. canaliculato-complicatis margine scabriusculis, superiore longe vaginato; capitulis 5 — 2 *globoso-ovatis*, 6 — 7 *lin. long.*, 4 — 5 *lin. lat.*, intermediis binis sessilibus, ceteris breviter pedunculatis; foliis floralibus tribus 1—3 unc. long.; spiculis confertis ovato-lanceolatis 10—20-floris; squamis mox deciduis chartaceis subdense imbricatis patulis *angusto-oblongis acuminato-mucronatis apicibus rectis* 3—2-nerviis, *nerviis approximatis* subtilibus, lateribus planis, vix sulcatis, *stramineo-rufescentibus*, concoloratis, subtiliter reticulatis, carina angusta *plana*, versus apicem acuta; caryopsi squama

$^1/_3$ breviore oblonga angusta triangulari breviter apicata punctulata *nigra margaritaceo-nitida;* stylo perbrevi.

C. fraternus Kunth, 42.

Brasilia (Sello).

145. C. Luzulae Rottb.

Viridis v. glaucescens; subcaespitosus; culmo 1 — $1^1/_2$ ped. alt. valido (raro pertenui et infirmo) triangulari basi folioso; foliis culmo longioribus aut brevioribus (3—1 lin. lat.) tenacibus nitidulis (raro mollioribus opacis) carinato-planiusculis v. complicatis longe angustato-acuminatis marginibus carinaque scabris; umbella simplici 12—6-radiata; radiis erectis patentissimisque, interdum curvatis, uncialibus v. multo brevioribus, intermediis sessilibus; capitulis *subsolitariis conoideo-ovatis* compactis saepius 5—6 lin. long., 3—4 lin. lat., non semper foliolis (3—1) brevibus et angustis basi munitis; involucro 7—9-*phyllo*, longissimo; spiculis confertissimis orbiculato-ovatis compressis 10—20-floris; squamis patulis, *fructiferis patentissimis*, angustis acutiusculis trinerviis sordide stramineis v. fuscescentibus, lateribus saepe ferrugineo-lineolatis; caryopsi minuta squama $^1/_3$ breviore lineari-oblonga acuminata triangulari dense punctulata brunnescente; stylo exserto tenerrimo. — Raro occurrit forma radio umbellae unico sessili capitulo magno subsolitario.

C. Luzulae Rottb. l. c. 23. t. 13. f. 2. — Meyer Fl. Esseq. p. 30. — Kunth, 43. — Willd. hb. 1323. — *C. globuliferus* Willd. hb. 1411. et *C. sphaerostachyus* ibid. 1412.

Brasilia. Guiana angl., gallica et holland. Peruvia.

β. Minor; culmo abbreviato (5—10 poll. long.) quam folia multo breviore; radiis umbellae abbreviatis brevissimisque; capitulis parvis subtribus v. pluribus arctissime conjunctis spiculisque paucifloris.

Kyllingia polycephala Link. Enum. I. 47. — *Mariscus polycephalus* ej. Hort. I. 324. — *Cyperus glomuliferus* Schrad. in Schult. Mant. p. 108. — Forma subtricephala: *Mariscus pauciflorus* N. ab E. herb. — *C. Hostmanni* Steud. l. c. p. 25. — Hostmann, coll. no. 281. — An *Mariscus conicus* R. Br.?

Ins. Trinitat. Brasilia. Surinam.

146. **C. intricatus** Schrad.

Culmis caespitosis 14 — 9 poll. alt. filiformibus erectis subflexuosis triangularibus, latere uno canaliculatis, apicem versus non raro scabridis; foliis rigidulis culmo brevioribus vix $^1/_2$ lin. lat. acuminatis canaliculato-complicatis, marginibus scabris, septato-punctatis; vaginis superioribus subelongatis, inferioribus multo brevioribus efoliatis, basi atrosanguineis; foliis floralibus tribus patentissimis setaceis marginibus carinaque scaberrimis, $^1/_4$ — 2 poll. long.; capitulis 4 — 5 *parvis* (1 $^1/_2$ — 2 lin. crass.) *rotundato-ovatis* in apice culmi arcte conjunctis; spiculis dense imbricatis satis compressis subrotundo-ovatis 6 — 4-floris (9 — 11-floris, Nees); fasciculis spicularum squama lato-ovata mucronulata 5—3-nervia eos subaequante bracteatis; squamis minutis oblongo-lanceolatis acutiusculis leviter incurvis trinerviis stramineis ferrugineo- v. purpureo-variegatis, *marginibus denticulato-spinulosis*, *carina acuta scabriuscula* v. laevi; caryopsi squama $^1/_3$ breviore lineari-oblonga triangulari dense punctulata fusca; stylo exserto.

C. intricatus Schrad. in Schult. Mant. II. 98. — Nees ab Esenb. l. c. 17.

Brasilia.

147. **C. rufus** Humb. et Kunth.

„Culmo triquetro, angulis scabro; foliis culmo brevioribus

subcarinatis margine scabris; involucro octophyllo umbella decomposita decemradiata, capitulis subglobosis polystachyis ....“ Kunth.

Umbellae radiis subsemiteretibus, latere interiore sulcatis et alato-striatis, *striis angulisque ciliolatis;* umbellulis compactis (1 $^1/_2$ — 2 poll. lat.) multiramosis; ramis validulis ex semitereti v. triangulari valde compressis, *angulis ciliolatis;* spiculis densiuscule fasciculatis oblongis obtusis 3 — 4 lin. long., fere 1 $^1/_2$ lin. lat., 12 — 18-floris; squamis *subcoriaceis* remotis patulis ovato-oblongo-lanceolatis acutis, apice rectis, *obsolete carinatis vix conspicue* (3-)*nervatis haud sulcatis,* subtilissime reticulatis *rufo-ferrugineis concoloribus;* caryopsi squama fere $^1/_2$ breviore ellipsoidea utrinque acuminata triangulari punctulata fusca margaritaceo-nitidula; stylo subexserto. — Frustulum plantae suppetit. — Species insignis ab affinibus diversissima.

C. rufus Humb. et Kunth. — Kunth, l. c. 41. — *C. ubertus* Willd. hb. no. 1388.

Nova Granada.

a. *Triandri;* spiculis subpaucifloris; rhacheola flexuosa; squamis remotis persistentibus subenerviis; stam. 3 v. 2. Inflorescentia umbellata v. capitata.

148. **C. Lechleri** Steud.

Glauco-virens; culmo triangulari stricto robusto duro tripedali et supra, v. graciliore et breviore, interdum compresso, laevi; foliis coriaceo-tenacibus 3 — 5 lin. lat., longissime angustato-acuminatis planis, inferne complicatis, carinatis, margine et carina dentato-scabris, superioribus longissime vaginatis culmum superantibus; vaginis foliisque septato-punctatis; foliis floralibus 5 — 6 valde inaequalibus, inferioribus fere 2 ped. long.; umbella composita multiradiata explanata; radiis

validis 2 — 1 poll. long. compresso-trigonis, apice saepius pluriramosis; ochreis longiusculis ampliatis oblique truncatis apice rotundato-obtusis, sanguineo-punctulatis lineolatisve; capitulis compositis v. simplicibus compactis subtriangularibus, 5—8 lin. crassis; spiculis dense fasciculatis orbiculato-ovatis 4—6-floris; bracteis fasciculorum squamiformibus subrotundis breviter subfoliaceo-acuminatis v. mucronatis spiculas subaequantibus; squamis oblongis acutiusculis v. submucronulatis *coriaceis enerviis* juxta carinam obtusiusculam sulcatis, subtiliss. lineato-punctulatis *fulvis concoloratis;* caryopsi valde juvenili majuscula squama circ. $^1/_3$ breviore oblonga utrinque acuminata triangulari punctulata pallida; stylo exserto; filamentis 3 annulo insertis elongatis.

C. Lechleri Steud. Syn. p. 27. — *C. bracteosus* Kunze in sched. — *C. Cumingii* N. ab E. herb. et in Steud. Syn. p. 25. — Poeppig. coll. III. no. 17. — Cuming. hb. n. 426. — Philippi pl. chil. ed. Hohenack. n. 288.

Chili.

149. **C. consanguineus** Kunth.

Glauco-virens; culmis pluribus subnutantibus sed firmis triangulis, latere uno sulcatis, laevibus 12 — 15 poll. long.; foliis culmo brevioribus tenacibus planis vix supra lineam latis, inter nervos *septato-punctatis*, apicem versus margine denticulatis; capitulis compositis solitariis quaternisve, ex his tribus breviter pedunculatis, globoso-triangularibus, diam. 4—6 lin.; involucro triphyllo, phyllis 1—3 poll. long.; spiculis confertissimis squarrosis orbiculato-ovatis obtusissimis 12—6-floris; rhacheola validula subflexuosa; squamis subcoriaceis patentibus, fructiferis remotis, basi parum decurrentibus, *subincurvis oblongo-ovatis brevissime acutatis prope carinam latam obtusiusculam apice tamen acutam strami-*

neam v. flavo-virentem sulcatis, lateribus *angustis sanguineo-ferrugineis*, subtiliss. reticulatis; caryopsi majuscula *squama vix* $^1/_3$ *breviore* oblonga triangulari punctulis minutissimis obtecta fusca; stylo perbrevi; stam. — semper? — **2.**

C. consanguineus Kunth l. c. 42.

Brasilia (Sello).

150. C. monogynus Bcklr.

Glaucescens; culmo erecto infirmo (8 poll. alto) compresso, apice extremo triangulari, pluri- (6-) foliato; foliis remotis rigidulis arcuatis planis complicatisve vix supra lineam latis laevibus, superioribus culmo longioribus; capitulo solitario subgloboso denso e spicularum fasciculis formato; involucro 4 — 5-phyllo, phyllis longis (2 — 6-pollicar.) basi anguste auriculatis; spicularum fasciculis squamis orbiculato-ovatis breviter mucronatis fultis; spiculis brevibus oblongis compressis subquadrifloris; squamis approximatis tenui-membranaceis oblongis breviter acuminato-submucronatis obsolete nervatis acute carinatis, carina spinuloso-ciliolata, pallidis fuscescentibus; stam. 3; ovario elliptico in stylum elongatum (vix semper) indivisum producto.

(Descr. juxta specimen juvenile. — In plantis Zolling. javan. sub no. 266. cum *Kyllingiae* specie commixtum erat.)

Java?

G. *Vaginati.* Rhizoma crassum lignosum, contractum v. m. m. elongatum. Culmus teretiusculus v. obtusissime angulatus, vaginis efoliatis basi vestitus. Corymbus umbelliformis, saepissime compositus, raro ad capitulum solitarium contractus. Spiculae fasciculato-congestae, saepiss. breves et oblongae, compressae. Squamae approximatae subadpressae plerumque ovatae, acutae v. acutato-submucronatae, carinatae obsolete tri- v. quinque-

nerviae, lateribus coloratis. Rhacheola validula recta quadrangularis subarticulata, internodiis non raro marginulatis. Styli exserti plerumque breves, profunde tripartiti, stigmatibus villosulis recurvatis. Stamina 3; filamenta longe persistentia saepius elongata; antherae magnae mucronatae. — Saepius glaucovirentes.

a. Involucrum polyphyllum; phylla (8 — 20) subaequalia rigidula plana.

151. C. flabelliformis Rottb.

Rhizomate repente crasso stolonifero, fibrillis validissimis; culmo robusto intus spongioso basin versus incrassato ibique vaginis emortuis brevibus fuscis tunicato, 2 — 3-pedali, triangulari, angulis subacutis, sulcato; vaginis ore lanceolato-productis, superiore elongata; involucro poly- (15 — 18-) phyllo, foliis patulis usque ad pedem longis breviter acuminatis planis 6 — 3 lin. lat. *subtus* marginibusque scabris; corymbo decomposito multiradiato; radiis erecto-patulis 5 — 2 poll. long. trigonis; ochreis ore dimidiato-lanceolatis; spiculis *pluribus* (15 — 3) conglomeratis lineari-oblongis v. oblongis obtusis turgidulis 16 — 24-floris; squamis approximatis subadpressis late ovatis acutis trinerviis pallidis rufescentibus v. purpurascentibus; ovario elliptico triquetro pallido v. fuscescente.

C. flabelliformis Rottb. Gram. 42. t. 12. f. 2. — Richard l. c. 479. — Steud. l. c. 19.

Costa-Rica (C. Hoffmann).

β. Obtusangulus; culmo trigono punctato-asperulo.

C. flagellatus Hochst. in Schimp. pl. Abyssin. — Schimp. it. Abyss. Sect. I. no. 55. Sect III. no. 1941. — Kotschy pl. Nubic. (no. 565. herbar. Vindobon.).

Abyssinia, Nubia.

152. C. textilis Thunb.

Culmo 3 — 4-pedali crassiusculo rigido subduro *teretiusculo v. obsolete trigono* laevi, versus basin vaginis ore oblique truncatis vestito; vagina superiore elongata; involucro 8 — 14- (rariss. 20-) phyllo, phyllis patulis 3 — 7 poll. long. (raro fere pedalibus), 2 — 4 lin. lat. breviter acuminatis *rigidis* planis *subtus laevibus* margine *grosse serratis;* corymbo composito v. decomposito multiradiato; radiis subsetaceis 1— 3 *poll. longis* brevioribusve; ochreis *suboblique truncatis;* spiculis saepius 3— 5-nis sublaxe aggregatis 3 — 4 lin. long., 1 lin. lat. oblongis, *acutis* 10 — 14-, raro 20-floris; squamis parum remotis apice patulis ovatis acutato-mucronulatis obscure tri- v. quinquenerviis stramineis, lateribus rufescentibus v. albidis purpureoque lineolatis; caryopsi (non matura) squama $^1/_2$ breviore ellipsoidea triangulari apiculata subtiliss. punctulata stramineo-flavida.

C. textilis Thunb. Prodr. p. 18. et Flora p. 377. — Kunth l. c. 32. — *C. asperifolius* Desf. (v. s.). — *C. Burchellii* Schrad. Analect. p. 11. — *C. Smithii* ej. ibid. p. 12. — *C. punctorius* ej. in sched.

Prom. bon. spei (Bergius, Eckl. et Zeyh., Drège).

153. C. Petersianus Bcklr.

Glauco-pallidus. Culmo 14 poll. circ. alto valido subsemitereti v. obscure trigono, striato et sulcato laevi, inferne vaginato, basi infima bulboso-incrassato; vaginis pluribus subapproximatis fuscis, superiore in *laminam foliaceam brevem prolongata;* foliis floralibus circiter 12 rigidis planis margine scabris, corymbo umbelliformi depresso multiradiato fere triplo longioribus; spiculis subternis laxe dispositis *linearibus acutiusculis satis compressis* 4 — 5 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., 30 — 40-floris (siccis saepiss. curvatis); squamis char-

taceis approximatis adpressis ovatis acutis vix mucronulatis *evidenter trinerviis* stramineis, lateribus castaneis, nitidulis; ovario elliptico; caryopsi (valde juvenili) subellipsoideo-obovata triangulari apicata punctulis minutis conspersa stramineo-flavida; stylo parum elongato usque ad medium diviso.

C. Petersianus Bcklr. in Peters' Reise nach Mozambique.

Mozambique.

154. C. sexangularis N. ab E.

Culmo subgracili stricto bipedali *sexangulari*, *angulis acutis scabris;* vaginis lanceolato-protensis; involucri foliis 8—13 erecto-patulis rigidulis planis 5—8 poll. long., 2—5 lin. lat. apice *subpungentibus;* marginibus *subtusque in nervis tribus prominentibus scabris;* corymbo composito pluriramoso, ramis subsetaceis 1—2 poll. long.; ochreis apertis lanceolato-acuminatis, *carinis scabris;* spiculis 3—10 subdense aggregatis oblongis acutiusculis 2 lin. long., sub 12-floris; squamis *ovatis acutis* obsolete trinerviis stramineis, lateribus castaneis v. rufis, nitidis; ovario minutissimo ovato-subellipsoideo utrinque breviter acuminato triangulari, lateribus convexis, *reticulato* stramineo-flavido.

C. sexangularis N. ab E. herb. et in Linn. X. 135. — Kunth, Cyper. 32.

Prom. bon. spei.

155. C. alternifolius L.

Viridis v. glaucescens; rhizomate brevi crasso lignoso, vaginis atrofuscis suborbiculatis obtecto fibrillisque crassis lignosulis instructo; culmo firmo valido $1\,^1/_2$ — 2 ped. alto aequilatero-triangulari v. saepius pl. m. compresso, laevi; vaginis ampliatis lanceolato-acuminatis membranaceis (albidis); corymbo decomposito multiramoso; ramis ramulisque distantibus

patentissimis setaceis, illis $^1/_2$ — $1\,^1/_2$ poll. long.; involucro sub 20-phyllo, phyllis remotis patentibus membranaceis sed tenacibus breviter acuminatis planis 6 poll. long., 3 — 4 lin. lat., marginibus superne obsolete dentatis; spiculis 3 — 6-nis laxe aggregatis lineari-lanceolatis 20 — 30-floris, 3 lin. long., 1 lin. lat.; squamis densiusculis, fructiferis patulis, lanceolatis acutis obscure trinerviis stramineis ad latera rufescentibus v. ferruginescentibus; caryopsi squama parum breviore oblonga utrinque attenuata, acuminata triangulari dense granulato-punctata brunnea; stylo perbrevi usque fere ad basin diviso; rhacheolae articulis late marginatis. — (Specimina borbonica culmo altero accessorio sterili.)

C. alternifolius L. Mant. I. 28. — Vahl l. c. 321.

Ins. Borbonia (Boivin).

156. **C. Chamissoi** Schrad.

Culmo rigido triangulari sulcato crassitie pennae scriptoriae; umbella corymbosa decomposita 17 — 20-radiata; radiis erecto-patentibus strictis, inferioribus 3 — 4 pollices longis, superioribus vix pollicaribus; partialibus 13 — 15, quorum ultimis (3 — 5) tri-hexastachyis; involucri foliis subcoriaceis linearibus basi semipollicem fere latis, setaceo-acuminatis carinatis margine carinaque serrulato-scabris, infimis longissimis (2 — $2\,^1/_2$-pedalibus), dependentibus, superioribus gradatim decrescentibus; involucellis lanceolatis cuspidato-acuminatis, infimis radiorum dimidium parum superantibus; spiculis ovato-oblongis lanceolatisve 9 — 15-floris; squamis sub anthesi arcte imbricatis, serius patentibus, ovatis mucronatis trinerviis pallidis; caryopsi immatura oblongo-ovata trigona laevi alba nitida .... Nees ab Esenb.

Radiis primariis teretiusculis leniter compressis („compresso-triquetris“ Nees); secundariis erecto-patentibus seta-

ceis firmis; spiculis vix 2 lin. long. turgidulis; squamis chartaceis ovatis obtusis muticis v. raro mucronulatis, naviculari-convexis, apice tantum carinulatis, obsoletissime trinerviis, subtiliter reticulatis (v. si mavis seriatim applanato-punctulatis) pallidis et dilutissime ferrugineis, non raro lineolis punctulisque rubiginosis conspersis; caryopsi immatura squama $^1/_2$ breviore ovata superne leviter angustata obtusa apicata obscure trigona minutissime seriatim punctulata ochroleuca; stylo minutulo superne parum dilatato profunde diviso villosulo; filamentis 2 persistentibus rufidulis granulis ferruginosis conspersis. — (Frustulum plantae exstat.)

C. Chamissoi Schrad. in Neesii Cyperogr. brasil. p. 33. Brasilia.

b. Involucrum oligophyllum; phylla (3 — 8) brevia rigida convoluto-pungentia.

157. **C. blandus** Kunth.

Viridis. Culmo bipedali subgracili tereti intus spongioso versus basin bivaginato; vaginis lanceolato-acuminatis; involucro *quadriphyllo brevissimo*, phyllis omnibus erectis rigidis 1 — 3 lin. long. striatis convoluto-pungentibus; corymbo umbelliformi composito 9 — 12-radiato; radiis *subsetaceis* subcompresso-semiteretibus $^1/_2$ — 1 poll. long. flexuosis; radiolis brevissimis; spiculis *solitariis ternisve saepius elongatis* linearibus v. oblongo-lanceolatis acutis *valde compressis*, 14 — 4 lin. long., $1^1/_2$ lin. lat., 48 — 12-floris; squamis mox deciduis *remotiusculis* patulis lineari-oblongis *acuminato-mucronatis*, mucrone recurvato-patulo, obscure trinerviis, carina viridulis v. flavidis, lateribus sanguineo-castaneis, marginibus angustis stramineis, nitentibus; rhacheola evidenter articulata, nuda; caryopsi juvenili squama triplo breviore oblonga triangulari apicata; stylo elongato profunde diviso.

C. blandus Kunth l. c. 36. — Drège, coll. no. 3957 (forma microstachya), no. 4407 (forma macrostachya).

Africa austr.

158. **C. marginatus** Thunb.

Glauco-virens. Rhizomate repente lignoso; culmis pluribus fasciculatis 1 — 3 ped. long. validis rigidisque teretiusculis v. obsolete angulatis; vaginis (4 — 5) subapproximatis versus culmi basin decrescentibus, ampliatis (inferioribus brunneis v. fuscis), superiore (albida) quandoque lamina foliacea perbrevi apicata; umbella pluri- (6 — 10-) radiata composita v. simplici, interdum capitato-contracta; radiis brevibus, $^1/_4$ — 1 poll. long., saepe divaricatis curvatisque, validulis trigonis; foliis floralibus tribus umbellam fere aequantibus, marginibus involutis et carinula spinuloso-denticulatis, subpungentibus; spiculis 3 — 10-nis dense aggregatis, inferioribus patentissimis, oblongo- v. lineari-lanceolatis obtusis v. acutiusculis satis compressis 3 — 4 lin., raro ad 7 lin. long., 1 — $1^1/_2$ lin. lat., 9 — 27 — 39-floris; squamis ovatis acutato-submucronatis, lateribus sanguineo-ferrugineis v. atrosanguineis, nitidis, carina virente v. flavida nervis tribus prominulis, marginibus tenui-membranaceis pallidis; caryopsi squama plus duplo breviore subellipsoideo-obovata triangulari leviter compressa apicata punctulata fuscescente; stigmatibus longitudine styli; filamentis elongatis latiusculis.

C. marginatus Thunb. Prodr. p. 18. — Ejusd. Flora p. 376. — Nees ab Esenb. in Linn. X. 134. — *C. fonticola* Kunth, 36.

β. Foliatus; culmo plerumque breviore, subpedali; vagina suprema folio 1 — $1^1/_2$ poll. longo rigido terminata; inflorescentia saepius depauperata spiculisque brevioribus.

C. prionodes Steud. l. c. 22.

Africa austr.

159. **C. vaginatus** R. Br.

Viridis; culmo stricto tenui (in parte abscissa vix semipedali) teretiusculo; involucri foliis 6 — 7 patentibus rigidis (1 1/2 lin. lat.) longe angustato-acuminatis pungentibus, marginibus vix minutissime denticulatis, quam umbella *pluri-* (7-) *radiata plus duplo longioribus*; umbellae radiis (vix semper) indivisis, patentissimis 1/2 — 1 poll. long., centrali sessili; spiculis *copiosis* capitato-congestis patentibus divergentibusve oblongo-lanceolatis acutis satis compressis 12 — 14-floris; capitulo *7 lin. crasso;* squamis apice patulis ovatis acutato-submucronatis sanguineo-castaneis concoloribus apice tamen flavidis, carina virente evidenter trinerviis, *haud marginatis*, nitidis; filamentis elongatis latis; stylo (sub anthesi) perbrevi. (Descr. juxta specimen macrum.)

C. vaginatus R. Br. Prodr. p. 69.

Nova Holland. (F. Müller).

160. **C. cruciformis** Bcklr.

Viridulus; culmo stricto teretiusculo tenui, *pennam columbinam vix crasso*, striato (in parte abscissa 6-pollicari); capitulo *solitario globoso compacto 4 lin. crasso;* involucro *triphyllo*, phyllis rigidis semipollicaribus angustis convoluto-pungentibus, marginibus vix scabriusculis, *duobus patentissimis;* spiculis arcte conglomeratis *orbiculato-ovatis*, fructiferis turgidis, 1 — 1 1/2 lin. long., 8 — 10-floris; squamis ovato-sublanceolatis acutiusculis apice vix patulis dorso obsolete 5-nerviis, ad latera rubentibus, *margine hyalino-pallidis*, carina vix viridulis; caryopsi (non perfecte matura) squama 1/2 breviore ovato-subelliptica obtuse triangulari utrinque obtusa breviss. apicata punctulis minutiss. dense obtecta luteo-fuscescente; stylo brevi profunde trifido; filamentis longe persistentibus longis latisve.

Nova Holland. (F. Müller).

H. *Haspani.* Rhizoma abbreviatum v. elongatum, interdum stoloniferum. Vaginae saepius foliatae. Corymbus umbelliformis compositus v. decompositus. Spiculae congestae in apice pedunculorum simpliciter umbellatim dispositae aut fasciculato-conglomeratae, multiflorae compressae. Squamae approximatae obtuse carinatae breviter mucronatae obsolete trinerviae, v. raro plurinerviae (semper fere coloratae). Caryopsis saepius minuta. Stylus exsertus. Stamina plerumque tria. Rhacheola nuda v. angulis marginata.

a. *Dimorphi:* culmi angulis aut obtusi aut acuti, tenues v. crassiusculi; vaginae aut foliatae, aut nudae. — Involucrum oligophyllum abbreviatum. Caryopsis minutissima albida.

161. C. pulcherrimus Willd.

Viridis; radice fibrosa rufescente; culmis pluribus 16—6 poll. long. triangulis plerumque leviter compressis, latere uno canaliculatis, rigidulis, inferne plurifoliatis, basi infima leviter tuberoso-incrassatis; foliis subherbaceis breviter acuminatis planis 1 — $1\frac{1}{2}$ lin. lat. laevibus, superioribus culmum subaequantibus; umbella opulenta composita et decomposita multiradiata subcompacta; radiis *fere capillaribus* patentibus, longioribus subaequalibus, 1 — $1\frac{1}{2}$ poll. long.; radiolis 3—5 lin. long. *patentissimis;* involucro 6—3-phyllo, foliolis umbellam partim aequantibus partim superantibus; spiculis 8—12 fasciculato-congestis *subtilibus* linearibus (minoribus oblongis) acutiusculis subcompressis $2\frac{1}{2}$ lin. long., $\frac{1}{2}$ lin. lat., 16—32-floris; rhacheola *tenerrima;* squamis *minimis* densis patulis, tardius deciduis, *ovatis* obtusiusculis, inferne carinato-convexis, *superne incurvis*, carina obsolete trinerviis, tenui-

membranaceis, stramineo-rufescentibus; caryopsi squama fere dimidio breviore obovato-subrotunda triangulari breviter mucronato-acuminata, pedicello brevissimo basi membranaceo-dilatato, punctulata lutescente; stylo vix exserto *subtilissimo*.

C. pulcherrimus Willd. herb. no. 1334. — Kunth, 35. — *C. eumorphus* Steud. Syn. 22. — Miquel l. c. 268. — Zolling. pl. Javan. no. 638.

Java (Junghuhn, Jagor, Zollinger).

162. C. Haspan L.

Viridis. Rhizomate brevissimo (raro bulboso-contracto) v. elongato repente, interdum stolonifero; culmis caespitosis acute triquetris saepissime satis compressis (2 poll. ad 2 1/2 ped. alt.) infirmis, basi 2—3-vaginatis; vaginis modo nudis, modo foliatis; foliis herbaceis culmo saepius brevioribus, linearibus planis v. complicatis laevibus; umbella decomposita laxa v. compacta multiradiata; involucro diphyllo umbella saepe breviore; umbellae radiis subsetaceis erecto-patulis v. divaricatis valde inaequalibus, 1/2 — 2 1/2 poll. long., interdum valde elongatis, ad 7 poll. long.; spiculis 2—3-nis pluribusve umbellatis linearibus angustis acutis compressis 12—30-floris; squamis membranaceis adpressis, fructiferis distinctis, oblongis v. lineari-oblongis obtusis obsoletissime trinerviis subbisulcatis muticis v. breviter mucronatis vario modo coloratis v. viridibus; caryopsi obovato-subrotunda trigona v. triangulari apiculata tuberculato-scabrata v. applanato-granulata lactea v. raro dilute colorata squama duplo triplove breviore; stylo vix exserto. — Species maxime variabilis.

C. Haspan Kunth l. c. 35. — Miquel l. c. 267.

a. Indicus; rhizomate saepius brevissimo; culmis non raro numerosis humilibus; squamis floriferis approximatis oblongis infra apicem rotundatum non raro membranaceo-mar-

ginulatum et subretusum denticulo v. mucrone brevissimo munitis; caryopsi minutissima squama fere triplo breviore obovato-globosa.

C. Haspan L. Cod. p. 61. — Rottb. l. c. 36 t. 6. f. 2. — Willd. hb. no. 1336. — Wallich. herb. 3365 (forma humilis fuscescens, spiculis pluribus minimis brunneis squamisque minutis). — Ejusd. herb. no. 3368, 3369 c. — *C. leptostachyus* Nees hb. et in Steud. Syn. p. 33. — *C. tenuispica* Steud. l. c. (inter Pycreos positus) et in Hohenack. herb. indic. no. 1670.

Sierra Leone, Seba, Afric. occid., India orient., Ceylona, Java, Borneo, Hongkong.

α. Fasciculatus; culmo subelongato latiusculo nudo; involucro brevissimo; umbella composita coarctata; spiculis paucioribus erecto-fasciculatis obtusiusculis rufis.

Prom. bon. spei. (Eckl. Zeyh. — Drège.)

β. Americanus; robustior, rhizomate non raro repente; culmis paucioribus subelongatis; spiculis plerumque majoribus; squamis remotiusculis apice rectis lineari-oblongis obtusiusculis saepissime mucronulatis; caryopsi minuta squama plus duplo breviore obovata triangulari.

C. autumnalis Vahl l. c. 318. — Willd. herb. 1333. — *C. stellata* Willd. herb. 1337. — *C. junceus* ibid. 1340. — *C. cayennensis* ibid. 1335. — *C. vaginatus* ibid. 1341. — *C. gracilis* Mühlenb. l. c. p. 18. — *C. nudus* Humb. et Kunth. — Reichenb. in Weigelt. coll. — *C. riparius* Schrad. in Nees. Cyper. brasil. p. 28. — *C. leptos* Schult. Mant. II. 105. — Torrey l. c. 273. — *C. Haspan* N. ab E. l. c. 25.

Civitat. American. unit. calidior., Mexico, Brasilia, Columbia, Peruvia.

Speciei (var. *α.* et *β.*) forma gracilis inflorescentia depauperata ramulis saepe monostachyis spiculisque minimis est

Scirpus autumnalis Rottb. l. c. 58. t. 17. p. 3. — *Cyperus pedatus* Nees et Meyen in herb. Berol.

163. C. adenophorus Schrad.

Viridis. Radice fibrosa; culmo subpedali tenui rigido triangulari; foliis culmo brevioribus rigidulis angustis carinatis marginibus minute dentatis culmoque *punctulis impressis minutissimis seriatim obtectis;* involucro *subtriphyllo*, foliolo majori umbellam superante, reliquis multo minoribus; umbella subcomposita (et decomposita, Nees) multi- (9 — 14-) radiata, radiis strictis patentibus $1\frac{1}{2}$ — $\frac{1}{2}$ poll. long.; radiolis brevibus sessilibusque *polystachyis;* spiculis dense aggregatis squarrosis strictis 2 — 3 lin. long. vix semilineam latis *lineari-lanceolatis* acutiusculis compressis 12 — 16-floris; rhacheola flexuosa; squamis (facile solubilibus) chartaceis *nitidis* remotiusculis adpressis, apicibus rectis, oblongis obtusis breviss. mucronatis, carina viridi v. straminea trinervatis, lateribus purpureis; caryopsi squama plus duplo breviore obovata obtusa triangulari breviter apicata pedicellata granulato-scabriuscula nivea, pedicello annulo ferrugineo basi cincto; stylo pertenui vix exserto breviter diviso.

C. adenophorus Schrad. in Nees. Cyp. brasil. p. 28.

β. Aphyllus; culmis pluribus saepius elongatis, subbipedalibus, strictis validis triquetris subbivaginatis; vaginis efoliatis laxis, superiore elongata; umbella subsimplici; spiculis paucioribus spadiceis.

Brasilia (Sello).

164. C. denudatus Vahl. (emend.).

Viridis v. raro glaucescens. Rhizomate repente; culmis 1 — 2 ped. alt. tenuibus v. validis triangularibus v. triquetris, interdum m. m. compressis, saepissime basi foliatis; foliis culmo brevioribus rigidulis angustis acuminatis superne mar-

ginibus pl. m. scabris; involucri foliis subtribus umbella composita v. subdecomposita pluri- (6—10-) radiata longioribus aut brevioribus; umbellae radiis erecto-patulis setaceis valde inaequalibus, $1^1/_2$—$^1/_2$ poll. long.; spiculis 3—7 squarrosis *lineari- v. oblongo-lanceolatis acutis* compressis 6—20-*floris* (raro 30-floris); squamis chartaceis nitidulis *remotis apice subrecurvato-patulis ovatis v. ovato-oblongis* breviter *acuminato-mucronatis*, *mucrone validulo*, obscure trinerviis subbisulcatis, stramineo-rufescentibus v. purpurascentibus aut sanguineis; caryopsi squama 3—4-plo breviore suborbiculato-obovata obtuse triangulari apiculata tuberculata albida; stylo *elongato*.

C. tristis Kunth l. c. 35. et *C. denudatus* ej. ibid. p. 36 et herb.

α. Triqueter; culmis robustulis $1^1/_2$—2 ped. alt. triquetris, lateribus excavatis, non raro compressis; vaginis foliiferis v. saepe nudis; involucris subdiphyllis brevibus v. longiusculis.

C. denudatus Vahl l. c. 324. — Schrad. l. c. p. 8. — *C. amphibolus* Steud., 22. — *C. spretus* ej. ibid. p. 21.

β. Tenuiculmis; culmo subpedali tenui trigono v. triangulari plurifoliato.

C. sphaerospermus Schrad. Anal. p. 8.

a. *Prolifer;* umbella prolifera; spiculis exacte oblongis obtusis 10—16-floris squamisque ovato-oblongis pallidis.

b. *Glaucus;* culmo elongato gracili pertenui triangulari v. trigono; spiculis 3—5-nis longiusculis 12—18-floris. — *C. tristis β. pallidior* Kunth. l. c.

Prom. bon. spei.

165. C. aequalis Vahl.

Viridis; culmo rigidulo subbipedali v. teretiusculo leviter

compresso v. obsolete trigono, apice evidenter trigono aut triquetro, aphyllo, plerumque laevi, vagina unica membranacea elongata basi laxe vestito; umbella composita divaricata, non raro prolifera; foliis involucralibus tribus brevibus v. raro radios subaequantibus; radiis *numerosissimis constipatis subaequalibus* saepius elongatis, *filiformibus apice* 2—3-*ramosis;* ochreis radiorum recte truncatis ferrugineis, *quam bracteae lanceolatae concoloratae duplo longioribus*; *bracteis ramorum iisque fasciculorum minutissimis;* spiculis *in axillis apiceque ramorum subternis* erectis linearibus leviter compressis 24—12-floris; squamis remotiusculis subovatis carinulatis obsolete trinerviis breviss. mucronatis v. muticis stramineo-ferruginescentibus, lateribus saepe sanguineis; caryopsi minuta obovata apice obtusissima v. raro acuta, basi parum angustata, obtuse triangulari apicata alba punctulato-scabrida; stylo exserto. — Rhizoma — ut videtur — repens.

C. aequalis Vahl l. c. 320.

α. Culmo tereti v. obsolete trigono.

C. aequalis Kunth, 37. — Sieb. fl. Maurit. no. 8. — *C. laxiflorus* Sieb. fl. mixta no. 139.

Madagascar. Mauritius.

β. Culmo triquetro v. triangulari, angulis laevibus v. raro scabriusculis.

C. isocladus Kunth, 37.

Prom. bon. spei. (Drège, coll. n. 4431, 4430. — Gueinzius.)

b. *Homomorphi*: culmi homomorphi vaginis foliatis. Involucrum polyphyllum elongatum.

166. C. dentatus Torr.

Viridis; stoloniferus; radice fibrosa; stolonibus tenuibus vaginis lanceolato-acuminatis laxe vestitis; culmo solitario ad

12 uncias longo, stricto rigido ac validulo trigono v. triangulari plerumque leviter compresso basin versus leviter tuberoso-incrassato ibique plurifoliato; foliis *rigidis erecto-patulis* culmum subaequantibus acuminatis planis carinulatis vix supra lineam latis, marginibus remote denticulatis; involucro 4 — 3-phyllo, folio infimo stricte erecto umbella longiore, reliquis patentibus eam subaequantibus; umbella composita v. simplici (raro semidecomposita) 4 — 7-radiata; radiis erecto-patulis 2 — $^1/_2$ poll. long. setaceis; spiculis 3 — 5-nis umbellato-fasciculatis lineari-lanceolatis v. (minoribus) ovato-oblongis, *supra lineam latis*, acutis v. obtusis satis compressis 8 — 32-floris; squamis dense imbricatis *lato-ovatis* obtusis apice subrecurvato-patulis, *e carina viridi mucronatis* obsoletiss. nervatis subbisulcatis, lateribus membranaceis rufescentibus v. fusco-purpureis, nitidulis; caryopsi (non perfecte matura) squama 4 — 5-plo breviore obovata, versus basin parum attenuata, apice obtusa vix apiculata, *triquetra* albida; stylo elongato pertenui usque ad medium diviso; stam. 3 v. 2. — Spiculae saepe viviparae.

C. dentatus Torr. l. c. 271. — Kunth l. c. 34. — *C. parviflorus* Mühlenb. l. c. 19. — *C. virens* Willd. herb. no. 1383.

America boreal.

167. C. assimilis Steud.

Lutescens; culmis erectis 9 — 2 poll. long. compressis, longioribus infirmis, versus basin 1 — 2-foliatis; foliis culmo longioribus 1 — 1 $^1/_2$ lin. lat. planis marginibus superne spinuloso-scabris; foliis floralibus 3 — 4 erectiusculis quam umbella corymbosa composita duplo triplove longioribus; umbellae ramis brevibus divergentibus v. reflexis ochreatis bracteolatisque; spiculis in apice ramorum capitato-confertis, brevibus,

$1\frac{1}{2}$—2 lin. long., ovato-ellipticis valde compressis 6—8-floris; rhacheola squamae basi decurrente alata; squamis (majusculis) oblongis acute carinatis obsolete trinerviis breviter mucronatis, mucrone valido recurvato-patulo, lateribus fuscescenti-luteis, carina olivacea; caryopsi squama circ. $\frac{1}{3}$ breviore lineari utrinque attenuata triquetra minutiss. punctata fuscescente; stylo vix exserto, stigmatibus brevibus.

C. assimilis Steud. Syn. p. 13. — Richard l. c. 486. — Herb. union. itin. no. 1252.

Var. *depressa* Steud. l. c. Culmis humilioribus, 2—3 poll. long.; spiculis lanceolato-oblongis 8—12-floris. — Schimp. herb. Abyssin. no. 1074.

Abyssinia.

168. **C. reduncus** Hochst.

Viridi-lutescens. Radice fibrosa; culmis subpluribus erectis (6 poll. alt.) valde compressis infra apicem obsolete trigonis versus basin (subquadri-) foliatis; foliis alternis remotis culmo longioribus erecto-patulis membranaceis flaccidis linearibus acuminatis sursum marginibus spinulosis; vaginis antice hyalino-membranaceis; corymbo composito suboctoradiato; radiis radiolisque patulis v. divergentibus, illis pollicaribus multoque brevioribus, his 3—4 lin. longis; ochreis longiusculis ampliatis ore membranaceis lanceolato-productis; foliis floralibus 5 erecto-patulis subaequalibus 5—3 poll. long.; bracteis ramorum superiorum hos aequantibus angustis setaceo-acuminatis; spiculis 6—3 in apice ramulorum laxiuscule dispositis, inferioribus patentissimis, oblongis v. ovato-lanceolatis 2—$2\frac{1}{2}$ lin. long., 8—10-floris; squamis haud evidenter nervatis remotiusculis *dein patentibus*, *lineari-oblongis*, apice *rotundato-obtuso subemarginato mucroneque acuto recurvato-patulis*, lateribus tenui-membranaceis pallidis, dorso flavo-

virentibus; ovario foecundato squama circ. $^1/_3$ breviore anguste oblongo utrinque attenuato triangulari apice obtuso rufescente; stylo stigmatibusque brevibus; stam. duobus; rhacheola squamae basi decurrente alata.

C. reduncus Hochst. in sched.

Abyssinia (Schimper).

169. **C. albostriatus** Schrad.

Laete virens v. glaucescens; stolonibus longe repentibus pennam scriptor. tenuem crassis, vaginis lanceolato-acuminatis brunneis tunicatis; culmo solitario subpedali tenui triangulari infra apicem angulis non raro scabrido, basin versus plurifoliato; foliis culmo parum brevioribus v. longioribus latiusculis *sublanceolato-acuminatis* planis marginibus ac carina scabris, *nervis tribus prominentibus*, subtus pallidioribus; involucro 9 — 6-phyllo umbellam compositam multiradiatam duplo triplove superante; radiis setaceis erectis 2 — 1 poll. long. v. brevioribus; radiolis 1 — 3-stachyis; spiculis patulis linearibus acutis leviter compressis 4 — 2 lin. long., vix 1 lin. lat., 20 — 12-floris; rhacheola validula flexuosa squamarum basi membranacea *profunde descendente alato-marginata*, articulis excavatis; squamis (persistentibus) dense imbricatis adpressis, fructiferis parum remotis vix patulis, oblongis acutiusculis obsolete mucronulatis, carinatis subtiliter plurinerviis stramineo-ferruginescentibus; caryopsi *squamam fere aequante* subovali triangulari apiculata subtiliter elevato-punctulata pallide fusca; stylo exserto; stam. 3 v. 2.

C. albostriatus Schrad. Anal. p. 7. (1832.) — *C. Mariscus* N. ab E. in Linn. VII. 515. (1832.)

Prom. bon. spei.

170. **C. leptocladus** Kunth.

Glauco-virens. Culmis subpluribus strictis triquetris lae-

vibus latere uno canaliculatis, e basi tuberascente vaginis brevibus atrofuscis obtecta fibrillas radicales validas emittentibus; foliis remotiusculis herbaceo-tenacibus planis longe angustato-acuminatis 2—3 lin. lat., marginibus scabriusculis, umbella composita multiradiata; radiis *binatis ternatisve elongatis*, 4—1 poll. long., *filiformibus* flaccidulis quam involucrum *pentaphyllum* brevioribus; ochreis oblique truncatis; spiculis singulis v. pluribus fasciculatis, compressis ($2^1/_2$—$1^1/_2$ lin. long.) 8—18-floris linearibus v. oblongis, obtusis; squamis densis apice subpatulis ovatis acutato-submucronatis, superne carinulatis, tenuiter multinervatis rubiginescentibus v. purpurascentibus; ovario oblongo triangulari; stylo elongato profunde trifido; stam. 3.

C. leptocladus Kunth, 32. — Drègei herb. no. 4441.

Ora orient. Africae austral. Africa occident. tropica. (G. Mann, coll. n. 2107.)

171. C. Fischerianus Schimp.

Viridis v. glaucescens; rhizomate brevi subtuberoso-contracto lignoso; culmo solitario 1—3-pedali (4—5-pedal., Steud.) subgracili stricto triquetro, angulis laevibus, lateribus excavatis; foliis e vaginis brevibus saepe purpurascentibus ortis erectis *longissimis* culmum non raro superantibus (3—4 lin. lat.) planis nervosis, *nervis duobus prominulis*, margine carinulaque saepius scabris, flaccidulis sed tenacibus; involucro 6—8-phyllo longissimo; umbella composita v. decomposita multiradiata; radiis erectis setaceis 1—3 poll. long., raro multiramosis ramis patentibus; spiculis 1—3-nis linearioblongis 6—10-*floris;* squamis membranaceis *laxe imbricatis* oblongo-ovatis acuminato-submucronatis carinatis tenuiter plurinerviis ferrugineo-lineolatis et rufescentibus; caryopsi squama circ. $^1/_2$ breviore oblongo-subobovata obtuse triangu-

lari obtusa apiculata dense punctulata rubiginosa; stylo exserto profunde tri- v. bifido.

C. Fischerianus Schimp. in herb. union. itiner. Abyssin. n. 448. — Richard l. c. 488. — Steud., 20.

Abyssinia.

172. C. derreilema Steud.

Viridis; rhizomate elongato; culmo *exaltato* (4—5-pedal.) stricto et firmo triquetro *pl. m. compresso* latere uno profunde canaliculato, angulis superne non semper spinuloso-scabro, basi infima lignoso-incrassato; foliis basilaribus 3—4 ped. long. semiunciam circ. latis spongioso-crassiusculis planis laevibus; floralibus 6 valde inaequalibus, infimo subsesquipedali, marginibus spinuloso-scabris; umbella decomposita multiradiata; radiis erectis validulis *superne angulis scabris*, 4 — 2 poll. long.; radiolis patentissimis subsemiuncialibus bracteis longissime vaginatis marginibus scabris instructis; spiculis 5 — 3-*nis*, raro singulis, confertis brevibus *primo lanceolatis v. oblongis dein lato-ovatis*, acutiusculis 6 — 8-floris; squamis membranaceis oblongo-ovalibus breviter acutato-mucronatis v. obtusiusculis, carinatis tenuiter multinervatis fulvescentibus; caryopsi squama plus duplo breviore *obovata acute triquetra rotundato-obtusa* vix apiculata *granulata flavido-pallida;* stylo exserto profunde trifido; filam. 3 elongatis.

C. derreilema Steud. in Regensb. Flor. 1842. p. 585. et Syn. p. 20. — Richard l. c. 488. — Schimp. hb. Abyss. no. 659.

Abyssinia.

173. C. pulcher Thunb.

Viridulus. Culmo 1—3 ped. alto erecto *infirmo* ex triquetro *satis compresso* superne angulis *serrulato-scabro;*

vaginis subelongatis laxis; foliis paucis v. pluribus culmo brevioribus v. longioribus erectis linearibus longe angustato-acuminatis tenacibus planis $1\,^1/_2$—2 lin. marginibus scabris; involucro 3—4-*phyllo*, raro 5-phyllo, erecto, phyllis valde inaequalibus, longiore 4 — 8 — 10 poll. alto; corymbo umbelliformi composito v. decomposito pluriradiato; radiis setaceis patentibus divergentibusve subflexuosis 1—3 poll. long.; radiolis erecto-patulis fere capillaribus $^1/_2$—1 poll. long., bracteis *membranaceis brevibus*, haud foliaceo-prolongatis, suffultis; spiculis *pluribus* (10 — 5 — 3) conglomeratis, rarissime solitariis, ovato-lanceolatis tumidulis 8 — 10-floris; squamis subdense imbricatis, apice subrecurvato-patulis, membranaceis ovatis rotundato-obtusis, mucrone pertenui et brevi terminatis, carinatis obsolete trinerviis albidis v. pallide ferrugineis, lateribus saepe fusco-rubris; caryopsi minuta squama $^1/_2$ breviore *ellipsoidea* triquetra *acutato-mucronata* punctulata albida; stylo exserto profundissime diviso; rhacheola pertenui, articulis pellucido-marginatis.

C. pulcher Thunb. Flora p. 378. — *C. Dregeanus* Kunth l. c. 31. — *C. pulcher* N. ab E. et *C. albostriatus* ej. in Linn. X. 133. et herb. — Forma microstachya spiculis brevioribus paucifloris: *C. ingratus* Kunth l. c. 31.

Africa austr.

174. C. prasinus Kunth.

Tota planta viridula. Culmo compresso-triquetro infra apicem angulis scabro (in parte abscissa bipedali); foliis basilaribus . . . , floralibus 5 — 6 patentissimis latiusculis (3 — 4 lin. lat.) longe acuminatis planis, marginibus carinaque spinuloso-scabris, valde inaequalibus, infimis binis 9—14 poll. long.; umbella decomposita *divaricata* pluriradiata; radiis validulis 3 — 1 poll. long.; bracteis radiorum secundorum in

laminam angustam scabram continuatis; spiculis (semper) pluribus, congestis patentissimis linearibus obtusis *satis compressis* 20 — 28-floris; rhacheola pertenui recta, foveolis hyalino-marginulatis; squamis subdense imbricatis apice patulis late ovato-ellipticis e carina viridi trinervia mucronatis, subtilissime reticulatis, mucrone *recurvato-patulo*, lateribus tenui-membranaceis v. omnino albidis v. ferrugineo-lineolatis; caryopsi squama dimidio breviore *obovato-ellipsoidea* triangulari, *mucronata*, *basi in pedicellum brevem contracta*, punctulata *luteo-fuscescente*, stylo exserto profunde trifido; stamine (an semper?) uno.

C. prasinus Kunth, 31. — Drègei pl. african. no. 4440. Africa austr.

I. *Fusci.* Umbella simplex v. composita, aut raro decomposita. Spiculae lineares angustae compressiusculae fasciculato-capitatae. Squamae subrotundae mucronulatae aut muticae, carinatae subtiliter (interdum obscure) trinerviae, pictae. Caryopsis squamam subaequans triquetra mucronata laeviuscula pallida. Stamina duo. Rhacheola tenerrima angulis vix marginulata. — Culmi compressi infirmi. — *Fusci*, Kunth.

175. C. fuscus L.

Caespitosus, radice fibrosa annua; culmis compresso-triquetris infirmis (2 — 11, raro ad 18 poll. long.); foliis culmo brevioribus v. parum longioribus herbaceis planis acuminatis sursum marginibus remote spinulosis; involucro triphyllo, interdum 6 — 8-phyllo: foliolis tribus exterioribus umbella composita v. simplici 8 — 3-radiata longioribus, reliquis subsetaceis, penultimis patentissimis; radiis patentibus patentissimisque $^3/_4$ — $^1/_4$ poll. long., interdum omnibus subsessilibus; ramis brevibus sessilibusve, patentibus; capitulis laxiusculis; spiculis

sublanceolato-linearibus 13—25-floris; squamis arcte imbricatis dein patulis suboblongo-ovatis v. orbiculato-ovalibus acuminato-mucronulatis, interdum muticis, dorso trinerviis, sanguineo-spadiceis v. pallescentibus, carina viridi; caryopsi squama paulo breviore obovato-ellipsoidea mucronata triquetra vix subtiliss. punctulata, pallida opaca; stylo exserto.

C. fuscus L. Cod. 62. — Reichenb. l. c. 32. fig. 667 et 668. — Sturm D. Fl. Bd. 13. — Kunth, 37. — Döll Fl. Bad. I. 315. — Reichenb. Fl. german. exsicc. no. 152. — Forma saepius magis evoluta spiculis plerumque pallescentibus: *C. virescens* Hoffm. Fl. 21. — Rchb. Fl. exsicc. n. 153. — *C. glaber* Hoppe in Sturm Fl. D. Bd. 13. — *C. viridis* Willd. hb. 1359 partim. — Sieb. hb. Cret. — *C. angustatus* Willd. hb. 1318. — *C. castaneus* Gussone (teste Link.).

Germania, Tyrolis, Gallia, Italia, Sicilia, Graecia, Asia minor, Aegyptus, Sierra Leone (Thunberg), Astrachan. Ad flumen Narym, Caucasia, Kashmer.

176. C. difformis L.

Radice fibrosa; culmis pluribus triquetris satis compressis flaccidulis semi- ad sesquipedalibus, versus basin 2—3-foliatis; foliis culmo saepissime brevioribus remotis herbaceis acuminatis planis apice extremo tantum marginibus remote spinulosis; floralibus 2- v. 3-nis, infimo saepius valde elongato, omnibus in margine usque ad basin spinuloso-scabris; umbella simplici v. raro composita 3—8-radiata; radiis patentibus setaceis, longioribus $^1/_2$—1 poll. long., quandoque omnibus sessilibus; capitulis subglobosis densis e spiculis numerosis compositis; spiculis linearibus obtusis compresso-tumidulis 10—50-floris; squamis postea remotiusculis patulisve obovato-orbiculatis, apice rotundato-obtusis, e carina plerumque viridi minutissime acutatis, margine tenui-membra-

naceis, saepe spadiceis, interdum pallescentibus; caryopsi squamam aequante obovato-ellipsoidea breviter mucronata acute triangulari obsolete punctulata lutescente; stylo mox secedente perbrevi ac tenuissimo breviter trifido.

C. difformis L. Cod. p. 61. — Rottb. l. c. 24. t. 9. f. 2. — Vahl l. c. 337. — Kunth, 38. — Reichenb. l. c. 33. f. 674. — Willd. hb. no. 1360. — *C. protractus* Sieb. herb. Aegypt. — *C. viridis* Willd. hb. no. 1359 partim. — Wallich hb. no. 3363 g. h. — Sieb. hb. Maurit. no. 17. — Cuming. herb. Philipp. 549. — Zolling. pl. Javan. 433.

Italia, Aegyptus, Prom. bon. spei, Ins. Maurit. et Borbonica, India orient., Java, Ceylona, Timor. Ins. Philippin., Marianae. China, Japonia, Nova Holland.

177. C. dichroostachyus Hochst.

Glaucescens. Rhizomate brevi crassiusculo stolonifero; stolonibus repentibus pennam gallinaceam crassis atropurpureis; fibrillis capillaribus; culmo solitario $1^1/_2 - 3$-pedali ex acute triquetro valde compresso usque ad apicem subaequilato, latiusculo, infirmo, versus basin pauci- (3-) foliato; foliis remotis longiuscule vaginatis culmum subaequantibus breviter acuminatis complicatis v. planis circ. 3 lin. latis carinulatis laevibus; involucri triphylli foliis marginibus minute dentatis, infimo stricto satis elongato (7 — 5 poll. long.); umbella subdecomposita pluriradiata, radiis setaceis patulis subrecurvis valde inaequalibus, longioribus $^1/_2 — 1^1/_2$ poll. long.; radiis partialibus capillaribus 2 — 4 lin. long. bractea ovato-lanceolata breviter acuminata membranacea pallida munitis; ochreis ore ampliatis membranaceis recte v. oblique truncatis; spiculis dense conglomeratis, 4 10-nis, minutulis, vix bilinealibus, oblongis acutis, fructiferis tumidulis, 10 — 6-floris; squamis dein patulis lato-ovatis breviter acuminatis, acumine leviter

recurvo, dorso obsolete trinerviis stramineo-viridulis, lateribus plerumque castaneis; caryopsi squamam fere aequante obovato-ellipsoidea breviter mucronata triquetra laeviuscula pallido-lutescente; stylo exserto.

C. dichroostachyus Hochst. in herb. Abyss. union. itin. no. 391. — Richard l. c. 481. — Steud. l. c. 36. — Forma minor, foliis abbreviatis: *C. Andschoa* Rich. l. c. 481. — Steud. l. c. 36. — Schimp. hb. Abyss. 273.

Abyssinia (altit. 9300′).

K. *Leptolepides.* Inflorescentia saepissime capitato-contracta. Spiculae fasciculatae v. rariss. spicatim dispositae, pluriflorae compressae, squamis angustis oblongo-linearibus obtusis muticis subcarinato-navicularibus, obsolete nervatis, subinde decidentibus. Stam. 1 v. 3. Stylus (rubiginosus) ac filamenta (ferruginea) longe persistentia. Rhacheola rectiuscula tenui subexcavata, foveis squamae oppositae basi descendente marginatis. — Rhizoma plerumque subbulboso-contractum.

a. Capitati: capitulo singulo; spiculis subovatis, floribus monandris.

178. C. Sorostachys Bcklr.

Culmo 5 — 9-pollicari tenui firmo trigono v. triangulari basi pauci- (2-) foliato; foliis perangustis margine minute dentatis, carinatis, culmo plerumque brevioribus; floralibus tribus reflexis, 3 — $^1/_2$ poll. long.; capitulo compacto *subgloboso polystachyo*, $2^1/_2$ — $3^1/_2$ lin. crasso; spiculis congestis ovato-orbiculatis 1 lin. long., 6 — 12-floris; squamis remotiusculis patentibus *rectis* vix $^1/_2$ lin. long. angustis, oblongo-linearibus carinulatis, apice obtusiusculis, obscure subtiliter nervatis pallidis ferrugineo-lineolatis; caryopsi *minutissima* squama fere $^1/_2$ breviore pertenui, lineari-oblonga,

inferne leviter angustata, apice obtusa, breviss. apiculata, trigona punctulato-scabriuscula fusca; stylo brevi apice tri- v. bifido aut indiviso.

Sorostachys kyllingioides Steud., 71. — *Isolepis Kyllingia* N. ab E. herb. — Cuming. herb. no. 1417.

Ins. Philippin. Malabar. (Hook. et Thoms.) Hydrabad.

179. **C. tenerrimus** Presl.

Radice fibrosa; culmo setaceo humili (sesquipollicari) compresso-trigono basi tuberascente ibique *multifoliato;* foliis *culmum superantibus* (aequantibus, Presl) complicatis laeviusculis; floralibus *sex* erecto-patulis $^1/_2$ — $2^1/_2$ poll. long. angustissimis; capitulo semigloboso parvo, vix piperis nigri magitudine; spiculis paucis ellipticis paucifloris; squamis approximatis obsolete curvatis lineari-oblongis obtusiusculis edentulis quinquenerviis pallidis ferrugineo-punctulatis. — (Descr. juxta specimen origin. macrum floriferum.)

C. tenerrimus Presl in Reliq. Haenk. — Kunth l. c. 44.

Acapulco.

180. **C. Schomburgkianus** N. ab E.

Radice fibrosa; culmo 6 — 8 poll. longo trigono parum compresso latere uno canaliculato, basi bulboso-incrassata folioso; foliis culmo brevioribus angustissimis planiusculis vix carinulatis *apice obtusis*, marginibus superne scabridis; floralibus 3 v. 2 patentissimis (haud reflexis), $1^1/_2$—$^1/_2$ poll. lg.; capitulo *hemisphaerico* 4 lin. crasso laxiusculo sub-12-stachyo; spiculis elliptico-ovatis 12 — 16-floris; squamis *approximatis* patulis *leviter incurvis* linearibus obtusis apice sinuato-subdentatis, vix carinatis obsoletiss. nervatis pallidis ferrugineo-lineolatis; caryopsi minuta *squama* $^1/_3$ *breviore* lineari-oblonga trigona breviter acuminata *punctulis applanatis poriferis dense obtecta* fusca; stylo brevi, haud exserto.

C. Schomburgkianus N. ab E. Cyper. bras. p. 18. — Steud. Syn. 26.

Guiana angl. (Schomburgk.)

181. **C. leucocephalus** Retz.

Rhizomate obliquo, brevi, fibrillis longis capillaceis; culmis 6—3 poll. long. setaceis leviter curvatis ex trigono parum compressis ima basi bulbosa vaginis emortuis tunicatis ibique plurifoliatis; vaginis superioribus distantibus; foliis culmo brevioribus perangustis acutis rigidulis acute carinatis, marginibus subdenticulatis; involucro quadriphyllo, phyllis reflexis ($^3/_4$ — $^1/_4$ poll. long.) e basi latiore *longissime acuminatis*, multinervosis, marginibus scabris; capitulo semigloboso 3 — 4 lin. crasso e spiculis 8 — 12 composito; spiculis lato-ovatis (floriferis ovato-lanceolatis) sub-10-floris; squamis *approximatis* patulis *incurvis* linearibus, apice obtusiusculo subdenticulatis, obsolete nervatis subcarinatis pallidis fuscescentibus, *inferioribus longis*, *superioribus brevioribus*, caryopsi *squama plus duplo breviore* late oblonga trigona utrinque obtusiuscula brevissime apicata elevato-punctulata fusca; stylo filamentisque elongatis.

C. leucocephalus Retz. Obs. — Vahl Enum. p. 313. — *Lipocarpha laevigata* N. ab E. olim. — Wallich. herb. no. 3445, d.

India orient.

182. **C. leucanthus** Schrad.

Rhizomate repente brevi; culmo *subpedali* pertenui compresso-trigono infirmo basi leviter incrassata 4 — 3-foliato; foliis culmo brevioribus angustissimis acutis apice marginibus subdenticulatis; floralibus 3 patentissimis reflexisve 1 — $2^1/_2$ poll. long.; capitulo semigloboso 4 — 5 lin. lato *polystachyo;* spiculis (floriferis) dense imbricatis oblongo-lanceolatis 12 —

6-floris; squamis membranaceis approximatis *apice rectis* patulisque *oblongo-lanceolatis* obtusis haud denticulatis, obsolete (5-)nervatis albidis; stylo elongato.

„Caryopsis minutissima, oblonga, subinde basi leviter attenuata trigona punctulato-scabriuscula, nigra.“ Nees.

C. leucanthus Schrad. in Nees. Cyp. brasil. p. 18.

Brasilia.

b. Umbellati; spiculis linearibus triandris.

183. **C. semiradiciflorus** Beklr.

Radice fibrosa, capillari; culmo solitario strictiusculo *filiformi* (12 — 2 poll. alto) compresso-triangulari versus basin 1 — 2-*foliato* ibique fasciculo spicularum e radice orto distachyo saepe adsociato; foliis culmo multo brevioribus membranaceis *angustissimis*, vix $^1/_2$ lin. lat. (in speciminibus minoribus fere capillaribus) planis laevibus; vaginis tenui-membranaceis pellucidis albidis purpureo- v. fusco-lineolatis punctulatisque; umbella multi- v. pauciradiata, radiis omnibus *fere sessilibus*, subdivisis; involucro 3 — 2-*phyllo*, phyllis patentissimis 1 — 3 poll. long.; spiculis *laxe fasciculatis* erectiusculis lineari-lanceolatis 12 — 3 lin. long., $^2/_3$ — 1 $^1/_3$ lin. lat., 48 — 12-*floris;* rhacheola vix flexuosa pertenui, foveis squamae oppositae basi descendente *membranaceo-alatis;* squamis approximatis, fructiferis patulis, tenui-membranaceis anguste oblongo-sublanceolatis obtusiusculis v. acutiusculis pallidis purpureo-lineolatis, interdum rufescentibus, obsolete nervatis, carinula angusta viridi; caryopsi squama $^1/_3$ breviore oblongo-lineari triangulari breviss. apicata reticulata fusco-cinerascente; stylo exserto; filamentis elongatis. — Culmus in specimin. cultis saepe brevissimus, umbella ad radium unicum oligostachyum redacta.

C. cinnamomeus Hort. Erlang. nec pl. homon. Retzii. —

C. semiradiciflorus Bcklr. in Regensb. Fl. 1859. p. 434. (In hortis sub nominibus adhuc *Cyperi glomerati* et *C. hamulosi* M. B. occurrit.)

Patria?

184. **C. Kappleri** Hochst.

Viridis; radice fibrosa fasciculata; culmo 1 — 1 $^1/_2$-pedali pennam gallinaceam crasso, infirmo compresso-triangulari basin versus foliato; foliis membranaceis remotiusculis culmo brevioribus planis 2 — 3 lin. lat. tenui-nervatis, marginibus carina nervisque scabris; vaginis superioribus elongatis, subbipollicaribus; involucro 6 — 5-phyllo, phyllis patentissimis (subaequalibus), inferioribus 10 — 8 *poll. long.*; umbella *diffusa depressiuscula* densa *pluriradiata*, radiis compressis *corymboso-ramosis*, exterioribus 1 — 1 $^1/_2$ poll. long., reliquis multo brevioribus; ramis divaricatis approximatis setaceis flexuosis polystachyis; ochreis *brevibus suboblique truncatis*; spiculis gracilibus *remotiusculis* linearibus acuminatis compressis flexuosis 8 — 5 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., 24 — 14-floris, inferioribus setaceo-bracteatis; squamis facile deciduis remotiusculis *patulis* angustis oblongo-linearibus obtusiusculis albidis tenuiter 5 — 7-nervatis dorso viridulis ferrugineo-lineolatis; caryopsi squama circ. $^1/_3$ breviore *perangusta lineari* leviter curvata triangulari apice in stylum elongatum breviter attenuata, granulata brunnea; rhacheola tenerrima subflexuosa primo late marginata, margine tenuissime membranaceo hyalino-albo.

C. Kappleri Hochst. in pl. Surinam. ed. Hohenack., no. 1373. — Steud. l. c. 38. — (Herb. propr.)

Surinam.

185. **C. glomeratus** L.

Glauco-viridis. Radice fibrosa; culmis solitariis v. pluribus strictis subvalidis 1 — 2 — 3-pedalibus obtuse (raro

acute) triangulis saepius pl. m. compressis, sulcatis et striatis, latere uno canaliculatis; foliis culmo non raro longioribus herbaceis planis latiusculis (4—2 lin. lat.) marginibus carinulaque spinuloso-scabris, subtus pallidioribus; involucro polyphyllo longissimo, phyllis nonnullis non raro pedalibus et ultra; umbella 9—3-radiata, radiis erectis validis v. setaceis brevibus v. brevissimis, interdum tamen elongatis (3—4 poll. long.), longioribus saepissime triramosis; ramis brevibus v. plane sessilibus spicigeris; spicis *approximatis non raro arcte conglomeratis cylindraceis, ellipticis v. subglobosis* (5—6, raro ad 12 lin. long., 4—5 lin. crass.); spicarum rhachi teretiuscula multangula; spiculis numerosissimis *discis impositis confertissimis denseque fasciculato-imbricatis* patulis linearibus acutis (minor. oblongis) 16—8-floris; squamis approximatis, *fructiferis* vix *patulis*, oblongo-linearibus obtusiusculis (interdum subemarginatis brevissimeque mucronatis) subenerviis rufo-ferrugineis v. rufescentibus, carina acutiuscula viridi; caryopsi squama fere $^1/_2$ breviore lineari-oblonga triangulari reticulata brunneo-cinerascente, mucrone brevi terminata; stylo elongato breviter diviso; filamentis elongatis, antheris parvis oblongis; rhacheola pertenui rectiuscula, foveolis anguste marginatis.

C. glomeratus L. Cod. 61. — Kunth, 77. — Ledebour Fl. Ross. IV. 242. — Reichenb. Cyperoid. p. 33. f. 675. — Sturm D. Fl. Bd. 13. — Willd. hb. no. 1404. — *C. cinnamomeus* Retz. Obs. IV. 10. — *C. australis* Schrad. Fl. German. I. 116.

Tyrolis austr. Forojul. Hungaria. Italia. Graecia. Astrachan. Amur. Grusia. Mingrelia. Sibiria uralens.

186. C. prolixus Humb. et Kunth.

Glaucescens. Rhizomate horizontali v. descendente, crasso

noduloso duro substolonifero, fibrillis radicalibus crassiusculis; culmo *pluripedali robusto* duro triangulari obtusangulo striato leviter compresso latere uno canaliculato, versus basin spongioso-incrassatam plurifoliato; foliis approximatis longis latisve, ad 9 lin. latis („culmum 3—6-pedalem aequantibus v. superantibus“ Fenzl.) tenacibus saepeque crassiusculis longe acuminatis planis marginibus carinaque spinuloso-scaberrimis cum vaginis inter nervos septato-punctatis; umbella *decomposita* v. supradecomposita multiradiata; radiis primariis et secundariis patulo-erectis, exterioribus saepius valde elongatis: illis validis compresso-triangularibus 4—15 poll. long., his tenuibus 2—6-pollicar., plerisque iterum umbellulatis; involucro universali polyphyllo: phyllis patentibus elongatis latisque, infimo 2—3-*pedali;* involucri secundarii foliis (6—8) patentibus subaequalibus radiolis saepe brevioribus, linearibus v. setaceis; radiis tertiariis fere capillaribus erecto-patulis bracteis perangustis munitis, non raro corymboso-ramosis; ochreis *longiusculis bicuspidatis;* spiculis spicato-congestis *laxe adpressis* linearibus v. lineari-lanceolatis compressis 4—7 lin. long., 1 lin. lat., 8—14-floris; squamis remotis, fructiferis ex toto liberis, v. anguste oblongis v. lineari-oblongis, obtusis v. acutiusculis, infra apicem breviss. mucronatis, tardius marginibus involutis, 7—9-nerviis stramineo-fuscescentibus, inter nervos ferrugineo-lineolatis; rhacheola pertenui flexuosa compressa primo anguste marginata; caryopsi squama fere dimidio breviore lineari-oblonga triangulari breviter mucronata granulato-punctulata brunnea margaritaceo-nitida, stylo elongato *profunde diviso* ferrugineo coronata; filamentis ferrugineis.

C. prolixus Humb. et Kunth. — Kunth, 79. — Fenzl, in Denkschr. d. K. Akad. d. Wissensch. 1854. p. 59. tab. 2. — *Comostomum Schottii* N. ab E. Cyp. brasil. p. 5. —

Cyp. amplissimus Steud., 316. — *C. longiradiatus* Baldw. herb.

Nova Granada, Venezuela, Uruguay, Brasilia, Mexico.

L. *Sphaerolepides.* Umbellae radii saepissime elongati corymboso-ramosi v. umbelluliferi, interdum indivisi. Spiculae multi- v. pauciflorae compressiusculae per spicam laxe dispositae v. capitato-congestae. Squamae orbiculatae, raro ellipticae, obtuse carinatae plerumque mucronatae superne margine tenuissime membranaceae pallidae, 5- v. 7-, raro multinerviae v. striolatae. Caryopsis squamam subaequans. Filamenta 3 persistentia. Stylus haud elongatus. Rhacheolae internodia marginata. Inflorescentia interdum (in *C. spectabili* — *C. filiculmi* — *C. leucolepidi*) ad capitulum solitarium redacta.

187. **C. Iria** L.

Radice fibrosa fasciculata; culmis subpluribus erectis gracilibus $^1/_2$ — $2^1/_2$ ped. long. triquetris non raro compressis tuncque infirmis, basin versus foliatis; foliis alternis remotis culmo brevioribus angustis subrigidis planis v. carinato-complicatis acuminatis, apice marginibus remote patenteque spinulosis; floralibus 3 — 5-nis, inferiorum duobus v. tribus patulis patentissimisque umbella longioribus, interioribus plerumque multo brevioribus setaceis; umbella composita et decomposita 6 — 8-radiata; radiis subsetaceis patulis 1 — 6 poll. long. v. brevioribus, apice corymboso- (5 — 3-) ramosis, radio centrali brevi multiramoso; ramis subbilinealibus patentibus bractea setacea elongata fultis; spicis $1^1/_2$ — $^1/_2$ poll. long. (longioribus flaccidulis); spiculis remotiusculis; interdum fasciculatim approximatis, erectis linearibus v. oblongis obtusis compressiusculis 5 — $1^1/_2$ lin. long., 20 — 6-floris;

squamis remotis patulis subrotundo-ovatis, apice rotundato-obtusis leviter emarginatis, brevissime mucronatis, punctulatis, flavescentibus v. aureis, aut rufescentibus v. viridulis, margine tenuissimo albidis, sensim deciduis; caryopsi squamam aequante obovato-ellipsoidea apicata triquetra dense punctulata brunnea v. spadicea aut rufa; stylo valde abbreviato, interdum bifido; filamentis annulo insertis.

C. Iria L. Cod. 61. Vahl, 360. Kunth, 39. *C. Santonici* Rottb. l. c. 41. t. 9. f. 1. *C. panicoides* Lam. (fide specim. ex herb. Musei Parisini). *C. diaphaniria* Steud. Syn. 23. (*C. seminudus* Zoll. et Mor.) *C. Iria* var. γ. Miq. l. c. 270. *C. chrysomelinus* Link. Hort. 1. 305. et herb. (forma macra humilis et tenerrima culmis setaceis spiculisque paucis fasciculatis). *C. Microiria* Steud. l. c. 23. excl. var. (forma tenuior, caryopsi angustiore utrinque magis attenuata).

Variat humilis, culmis 6—2-pollicaribus, caryopsi utrinque mag. min. obtusata: *C. resinosus* Hochst. in Kotschyi hb. Nubic. — Steud. l. c. 23. — Wallich. hb. Indic. n. 3360, d. e. g. h. — Cuming. pl. Philipp. n. 563. — Zolling. herb. Javan. n. 449. — Ejusd. pl. Japon. n. 77 x. (in Zoll. Verz. 74. 75 x.) pro parte. — Hook. et Thoms. herb.

Variet. subtilis (Nees herb.). Culmo pertenui brevi foliisque angustissimis, squamis parvis rotundioribus, caryopsi late obovata apice subtruncata apiculata.

Cordofan, India orient., Java, Ceylona, Ins. Philippin., China, Japonia.

188. **C. eleusinoides** Kunth.

Rhizomate descendente nodoso, fibrillis crassiusculis; culmo valido 3—1-pedali triangulari non raro pl. m. compresso versus basin foliato; foliis remotis culmo brevioribus v. raro

longioribus rigidis planis marginibus superne serrulatis; umbella composita 8 — 5-radiata; radiis validis erectis valde inaequalibus, exterioribus 2 — 5 poll. long., interioribus multo brevioribus, *apice umbelluliferis;* radiis partialibus 7 — 5 confertis erecto-patulis, saepius brevissimis a basi fere spiculiferis; involucri foliis 6 — 5 erectis, duobus infimis radios longe superantibus (infimo interdum sesquipedali); involucellis subhexaphyllis, foliolis perangustis setaceo-acuminatis spicas fere aequantibus; spicis fasciculato-umbellatis cylindraceis obtusis pollicem circ. longis $2^1/_2$ — 3 lin. crassis; spiculis laxiuscule imbricatis erectis oblongis 8 — 10-floris (quandoque 4 — 5-floris); squamis distantibus patulis ovato-ellipticis ex apice exciso dein recurvatulo mucronulatis, dorso olivaceo 5- v. 7 — 9-nerviis, lateribus luteis v. rufescentibus et rubiginoso-lineolatis, superne margine pellucido-pallidis; caryopsi squama $^1/_3$ breviore obovato-oblonga triangulari breviter apicata punctulato-scabriuscula luteo-fuscescente v. fusca; stylo exserto breviter diviso.

C. eleusinoides Kunth l. c. 39. — *C. xanthopus* Steud., 36. — Richard, 485. — *C. infraapicalis* Nees herb. — *C. nutans* Frenzl in Denkschr. d. k. Akad. d. Wissensch. 1854. p. 46, nec Vahl. — Wallich. hb. n. 3346, b. — Schimp. it. Abyssin. no. 1155.

India orient., Abyssinia, Gallabat (Schweinfurth).

189. **C. nutans** Vahl.

Viridis v. glaucescens. Radice fibrosa capillari; culmo 1 — 2-pedali gracili *compresso-triangulari* infirmo, *basi tuberascente;* foliis culmum vix superantibus membranaceis sed tenacibus planis margine nervisque scabris; involucri foliis circ. sex, inferioribus umbella 9 — 10-radiata multo longioribus; radiis *erecto-patulis* setaceis 4 — 1 poll. long. apice

corymboso-ramosis; ramis capillaribus setaceo-bracteatis, inferioribus 2 v. 3 patentissimis, 3 — 6 lin. long.; spiculis racemosim dispositis remotiusculis v. approximato-subfasciculatis patulis oblongis 7—11-floris (interdum 5-floris); squamis (fructiferis) remotis patulis *oblongo-ellipticis*, superne subrecurvato-patulis, ex apice non semper exciso mucronulatis, obsolete 7-nerviis ferruginescentibus v. fuscescentibus; caryopsi squama $^1/_3$ breviore obovato-oblonga *obtuse triangulari levissime curvata*, apice obtusa, apicata, dense punctulata brunnea opaca; stylo exserto *profunde trifido;* rhacheola satis compressa flexuosa, *foveis perangustis* late *marginatis.*

C. nutans Vahl l. c. 363 (v. frustula pl. authent.). — *C. Jacquini* Schrad. (teste specim. ex horto Goetting. allat.). — Fenzl l. s. c. p. 45. t. 1. — *C. Microiria* var. Steud. l. c. 23. — Zolling. pl. Japon. n. 77 x. partim.

India orient., Japonia.

M. *Marginati.* Umbella composita v. decomposita, radiis apice corymboso- v. paniculato-pluriramosis. Rhachis flexuosa saepius parce pubescenti-hirta. Spiculae spicatim dispositae subdistichae remotae patentissimae lineares compressiusculae multiflorae. Squamae obsolete carinatae, 5—7-nerviae, superne margine membranaceo pallido circumdatae, plerumque rotundato-obtusae muticae. Caryopsis squama saepius multo brevior. Rhacheola anguste marginata. Stam. tria. Radix fibrosa. Culmus compressus.

190. C. pilosus Vahl.

Culmo 2—1-pedali ex acute triquetro m. m. compresso, basi 3—2-foliato (raro angulis ciliato); foliis culmo brevioribus, rigidis longe angustato-acuminatis 2—3 lin. lat. planis

v. carinato-complicatis *marginibus plerumque hirsuto-ciliatis;* involucri foliis 3 — 4 quam umbella composita pluriradiata longioribus; radiis erecto-patulis validis 1 — 5 poll. long. apice pluriramosis; ramis erecto-patulis, infimis patentissimis, usque fere ad basin spiculiferis; *spicarum rhachi angulis hirsuta,* rariss. glabrescente; spiculis *numerosis* distichis approximatis v. remotiusculis, apicalibus plerumque magis approximatis, patentissimis, infimis non raro reflexis, linearibus subacutis 3 lin. long., $^3/_4$—$^1/_2$ *lin. lat.*, 12—8-floris, *bractea setacea brevi munitis;* squamis ovato-lanceolatis v. late ovatis acutiusculis v. obtusis *brevissime acutato-mucronatis* 7 — 5-nerviis, ex toto stramineis v. purpurascentibus aut fuscescentibus, nitidulis; caryopsi *squama fere* $^1/_2$ *breviore obovato-ellipsoidea mucronata* triquetra dense punctulata stramineo-fusca v. brunnea; stylo brevi ac tenuissimo pallido ferrugineo-punctulato usque ad medium trifido.

C. pilosus Vahl l. c. 354 (v. frustul. pl. Vahlian.). — *C. procerus* Roth. Nov. pl. spec. p. 35 et herb. — *C. honestus* Kunth l. c. 74. — *C. marginellus* N. ab E. herb. — *C. piptolepis* Steud., 40. — *C. pauciflorus* Steud., 34. — Wallich. hb. no. 3355 a pro parte et e. — Cuming. hb. n. 535. — Zolling. pl. Javan. n. 458. (*C. venustus* Mor. et Zolling. in sched.) — Hook. et Thoms. herb.

β. Muticus; squamis orbiculato-subobovatis apice rotundato-obtusis, interdum subretusis, muticis atrosanguineis v. purpureis, raro brunneis. — *C. procerus* Willd. hb. no. 1374. fol. 2. — *C. Wallichii* N. ab E. herb. et *C. fimbriatus* ibid. — *C. hebes* Steud., 315. (v. s.) — Wallich. hb. 3342 c. — 3355 a. partim. — Hook. et Thoms. herb.

India orient., Ceylona, Java, Ins. Philipp., Japonia.

191. C. Heynei Bcklr.

Radice fibrosa densa; culmo 2 — 1 1/2-pedali acute triquetro saepissime pl. m. compresso glabro basi pauci- (raro pluri-) foliato; foliis culmo saepius parum longioribus spongioso-crassiusculis complicatis (raro planis tuncque latis) longe acuminatis marginibus *remotissime spinulosis v. laevibus;* involucro subtriphyllo, folio infimo patentissimo elongato, 6 — 12 poll. longo; umbella subcomposita pluriradiata; radiis tenuibus patulis 1 — 3 poll. long. brevioribusve, longioribus saepe subtridivisis; ramis lateralibus brevibus bractea breviter acuminata suffultis *oligo-* (3 — 4-) *stachyis*, intermedio 10 — 15-stachyo; rhachi *glabra;* spiculis remotis, interdum remotissimis, divergentibus, lineari-lanceolatis acutiusculis compressis 5 — 12 *lin. longis* circ. sesquilineam latis 14 — 20-*floris*, longioribus pl. m. curvatis; squamis (magnis) *dense imbricatis serius apice vix patulis late ovato-subellipticis*, apice rotundatis, muticis, obscure carinatis, superne tantum margine lato undulato circumdatis, 7-nerviis stramineis, dorso rufescentibus, marginem versus pallidioribus; infimis binis vacuis conformibus brevibus suborbiculatis; caryopsi squama 1 — 2-plo breviore *obovata apice obtusa* triquetra apicata punctulato-scabriuscula brunnea opaca; stylo elongato profunde diviso pallido cum stigmatibus ferrugineo-punctulatis; rhacheola valida, foveis oblongis latiusculis submarginulatis.

C. procerus Kunth l. c. 72 et herb. — Willden. herb. pro parte. — Nees ab Esenb. herb. partim — nec planta homonyma Rottböllii, quae longe aliena species est. — Wallich. herb. n. 3355, a. partim. — An *C. carnosus* herb. Heyne?*).

India orient., Java.

---

*) Wallich hat unter Nr. 3355a. und der Bezeichnung „*C. car-*

192. C. Griffithianus Bcklr.

Culmo $2^1/_2$ — 1-pedali compresso-triquetro, angulis acutis glabris, basi pauci- (3-) foliato; foliis culmum subaequantibus *spongioso-crassiusculis* longissime angustato-acuminatis complicatis superne margine remote spinulosis; involucri foliis 3 — 4 erectis, infimo umbella simplici v. subcomposita pluriradiata duplo triplove longiore, reliquis brevibus angustis; radiis erectis subsetaceis (1 — 3 poll. long.), brevioribus indivisis, longioribus apice subtriramosis; ramis subaequilongis capillaribus *erecto-patulis spiculis vix usque ad medium obsitis*, spiculisque inferioribus *bractea lanceolata rigidula brevi* munitis; rhachi angulis vix ciliolata; spiculis 6 — 15 *remotis* patentissimis *oblongis* serius apice obtusis 3 — 4 lin. long., $1^1/_2$ lin. lat., 12 — 8-floris; squamis *chartaceis laxe imbricatis patulis exacte oblongis* leviter incurvis apice rotundato-obtusis muticis convexis vix evidenter carinatis, marginibus subinvolutis, 7-nerviis fuscescentibus opacis; caryopsi squama duplo triplove breviore obovata apice obtusa triquetra apicata punctulato-scabrata brunnea opaca.

C. Heyneanus Bckl. in Regensb. Fl. 1859 pro parte. — Wallich. herb., sub nomine *C. inundati* Roxb. — Griffith herb. — (In herb. propr.)

India orient.

---

nosus et *spadiceus* herb. Heyn." ausser dem *C. Heynei* auch noch *C. pilosus* und *C. Wallichii* (*C. pilosus* β.) vertheilt. Die Bezeichnung „carnosus", die sich ohne Zweifel auf die Beschaffenheit der Blätter bezieht, passt freilich nur auf die letztbeschriebene Pflanze; allein es ist nicht unzweifelhaft, ob Wallich nicht auch noch den ähnlichen *C. Griffithianus*, der ebenfalls spongiöse Blätter hat, mit den übrigen verwandten Arten vermengte, obwohl Lehmann denselben mit der Bezeichnung „*C. inundatus* Roxb." erhalten zu haben scheint. Wegen dieser Unsicherheit habe ich für gerathen gehalten, Heyne's Namen nicht zu wählen.

193. C. mundulus Kunth.

Radice fibrosa dense fasciculata; culmo 1 $^1/_2$ — 3-pedali et supra, triquetro-compresso intus subspongioso, infra apicem angulis acutis non semper scabrido, inferne vaginis *longis* vestito; foliis paucis *culmo longioribus v. parum brevioribus* coriaceis planis 4 — 6 lin. lat. (raro ad 9 lin. lat.) longissime acuminatis superne margine carinaque spinuloso-denticulatis; umbella composita v. decomposita 10 — 6-radiata, radiis patulis, exterioribus (7 — 4) 2 — 8 poll. long., interioribus brevibus, omnibus apice *paniculato-ramosis;* paniculis pyramidatis; involucro subquadriphyllo, phyllis infimis umbellam superantibus; rhachi primaria angulis subciliata; ramis bractea subsetacea brevi (flexuosa) munitis patentissimis flexuosis 10—6-stachyis; spiculis remotis patentibus linearibus acutis 4—5 lin. longis, 1 lin. lat., 13 — 19-floris; squamis parum remotis patulis *ovali- v. obovato-suboblongis*, *apice obtuso subretuso tantum marginulatis*, obscure 7 — 5-nerviis, lateribus pallide sanguineis; rhacheolae foveis angustissime marginatis; caryopsi squama fere dimidio breviore obovato-ellipsoidea triquetra mucronata punctulata brunnea opaca; stylo exserto profunde trifido.

C. mundulus Kunth l. c. 74. — *C. densiflorus* N. ab E. herb., nec Cyper. brasil.

Brasilia (Sello).

194. C. latifolius Poir.

Culmo excelso compresso-triquetro duro angulis laevibus; foliis coriaceo-rigidis latis (7 — 15 lin. lat., 3 — 5 ped. long.) planis longiss. angustato-acuminatis alato-carinulatis marginibus *undulatis* minute dentatis v. serrulatis; involucro 3 — 4-phyllo, folio infimo umbellam decompositam multiradiatam superante; radiis erectis validis compressis valde inaequalibus, apice paniculato-ramosis longioribus 5 — 9 poll.

long.; paniculis pyramidatis; rhachi setuloso-subciliata; ramis patentissimis setaceo-bracteatis approximatis *polystachyis;* spiculis *spicato-confertis* patentissimis linearibus subacutis compressis 5—8 lin. long., 1 lin. lat., 20 — 30-floris (longioribus subflexuosis); squamis remotiusculis dein patulis obovato-oblongis apice rotundato-obtusis marginatisque, muticis tenuiter subseptemnervatis dorso *luteo-ferruginescentibus v. fuscescentibus*, ad latera pallidioribus, marginibus subinvolutis; caryopsi squama dimidio breviore *lato-obovata breviter acuminata triangulari* obscure punctulata brunnea nitida; stylo exserto profunde trifido; rhacheolae foveis oblongis squama opposita decurrente *latiuscule marginatis.*

C. latifolius Poir. Kunth l. c. 75. — *C. scoparius* Willd. herb. n. 1408. — Sieb. herb. Maur. n. 16.

Cap. bon. spei, Mozambique, Madagascar, Mauritius.

195. C. malaccensis Lam.

Viridis v. glaucescens. Culmo acutissime triquetro valde compresso latiusculo (diam. 2 — $2^1/_2$ lin.); involucri foliis 3 (raro 4) subaequalibus patentissimis tenacibus planis 4 — 2 lin. lat. breviter acuminatis, marginibus remote denticulatis, omnibus saepissime umbella explanata composita 10 — 6-radiata longioribus; radiis setaceis 3—1 poll. long., longioribus apice corymboso-pluriramosis; ramis subapproximatis capillaribus patentissimis bractea brevi lanceolato-acuminata rigidula munitis; rhachi rectiuscula glabra; spiculis 5 — 3 approximatis, interdum subfasciculatis, patentissimis linearibus tenuibus vix parum compressis 8 — 5 lin. long., 30 — 16-floris; squamis chartaceis ovatis apice rotundato-obtusis, convexiusculis obsolete carinatis *leviter incurvis*, *apice marginulato adpressis*, muticis subtiliter pluri- (7-) nervatis stramineis, dorso ferrugineo-lineolatis v. viridi-fuscis; caryopsi

squamam aequante oblonga triangulari *leviter compressa* vix apiculata punctulato-scabrida luteo-fuscescente; rhacheola tenerrima recta, foveis linearibus anguste marginatis; stylo *perbrevi*, stigmatibus longis; filamentis longe persistentibus.

C. malaccensis Lam. — Vahl l. c. 353. — Kunth, 74. Willd. herb. 1384. — Wallich. herb. 3329 m.

β. Brevifolius; culmo humiliore et tenuiore interdum (in planta Vahliana) haud compresso; vaginis (binis) longis in laminam brevem desinentibus; foliis floralibus radiisque umbellae paucioribus plerumque abbreviatis.

C. monophyllus Vahl l. c. 352 (v. s.). — *C. spaniophyllus* Steud. Syn. 21. — Zolling. coll. no. 1209.

Java, Macao, Japonia.

196. C. truncatus Turcz.

Radice fibrosa tenui; culmis *pluribus* subabbreviatis, 14 — 4 poll. long., *compresso-triangularibus* tenuiter striatis laevibus; foliis paucis basilaribus e vaginis membranaceis ampliatis, culmo brevioribus, herbaceis planis acuminatis marginibus scabriusculis; involucralibus 3 — 5 patentissimis, inferioribus umbellam simplicem v. compositam 5 — 10-radiatam *subaequantibus;* radiis patentibus divergentibusque, interioribus 3 — 4 fere sessilibus, reliquis ad 5 poll. long., his non raro brachiato-*subtrimosis*, ramis *brevissimis* patentibus setaceo-bracteatis; rhachi primaria angulis acutis vix ciliolata; spiculis 6 — 12-nisve spicatim subapproximatis (interdum geminis) patentissimis rectis linearibus acutiusculis 5 lin. long., $^3/_4$ lin. lat., turgidulis 20 — 24-floris; squamis *arcte imbricatis* parum remotis lato-ovatis obtusis muticis carinato-convexis, *superne ang stissime marginatis* obscure 5 — 7-nerviis fusco-sanguinescentibus opacis; caryopsi squama paulo breviore et ab ea amplexa obovata acute triangulari *longe*

mucronata elevato-punctulata fusca v. brunnea, opaca; stylo exserto; *filamentis in annulo calloso persistentibus;* rhacheola *latiuscule marginata.*

C. truncatus Turcz. — Ledebour, Flora Ross. IV. 241. — Stend. l. c. 23.

Davuria.

197. C. spectabilis Schreb.

Pallide viridis. Radice fibrosa substolonifera; stolonibus brevibus brevissimisque vaginis ovato-lanceolatis arcte obtectis; culmo saepe solitario stricto basi tuberascente ibique foliorum vaginis atrofuscis fissis vestito, $^1/_2$ — 2-pedali triangulari laevi basin versus plurifoliato; foliis remotiusculis subherbaceis planis longe acuminatis apice saepe incurvis, medio 2 lin. lat. v. angustioribus, marginibus carinaque spinuloso-scabris, summis culmum subaequantibus; umbella quinque- multiradiata, quandoque capitato-contracta; radiis patentibus valde inaequalibus brachiato-ramosis v. indivisis, longioribus 1 — 2-pollicaribus, interdum omnibus valde abbreviatis; ramis approximatis ad basin usque spiculis subdense obsessis, lateralibus plerumque brevissimis divergentibus non semper bractea perangusta scaberrima suffultis; spica terminali elongata obtusissima 1 — $1^1/_2$ poll. longa, 6 — 11 lin. lata; involucro subquadriphyllo, phyllis inferioribus plerisque satis elongatis, ceteris multo brevioribus angustissimis; spiculis *copiosis congestis*, interdum remotiusculis, *patentissimis*, *infimis reflexis*, lineari-lanceolatis compresso-turgidis 3 — 6 lin. long., $^1/_2$ — 1 lin. lat., 10 — 16-floris; squamis membranaceis remotiusculis primo arcte imbricatis dein patulis, *rotundis* v. orbiculato-ovatis carinato-convexis infra apicem obtusissimum subretusum plerumque mucronulatis, superne margine tenui-membranaceis subundulatis pallidioribus

obsolete 7 — 9-nerviis, lateribus fusco-purpureis v. rufo-fulvescentibus, nitidulis, carina viridi superne acuta; caryopsi squama $^1/_3$ — $^1/_4$ breviore oblongo-obovata triquetra obtusa apicata elevato-punctulata atrofusca v. raro brunnea, nitida; stylo brevi fuscescente, stigmatibus exsertis; filamentis elongatis latis diu persistentibus; rhacheola flexuosa anguste alata.

C. spectabilis Schreb. (cf. Roem. et Schult. Syst. II. 208). — Link. Hort. I. 318. — Kunth, 73. — *C. Paramatta* Mart. — Roem. et Schult. l. c. — *C. paramattensis* Link l. c. 313. — *C. scaber* Lagasca, fide Link. (forma *macrostachya*). — *C. Monti* Willd. hb. no. 1381, partim. — *C. Hydra* Nees. herb. — *C. tuberosus* Hort. Vratisl. fide Nees. — Aschenborn. herb. no. 334, 683. — Hartweg. pl. no. 255.

Mexico.

β. Scaberrimus; culmo angulis foliisque supra scaberrimis; radiis elongatis; spiculis remotis multifloris; mucrone squamae (rufo-fulvescentis) elongato.

C. scaberrimus Nees. hb. — Aschenborn. pl. no. 683, ex parte.

Mexico.

γ. Coarctatus. Stoloniferus; culmo plerumque parum abbreviato (6 — 16 poll. alt.) laevi v. vario modo pl. m. scabrato; foliis in superficie saepe scaberrimis; inflorescentia m. m. contracta: radiis pluribus v. solitariis sessilibus v. uno alterove pedunculato, dense spicatis; spicis subsemipollicaribus oblongo-cylindricis, lateralibus minoribus; spiculis congestis, 5 — 15-floris; squamis subrotundis v. raro ellipticis mucronatis v. muticis varie coloratis (stramineo-lutescentibus v. fulvis et sanguinescentibus).

C. divergens Humb. et Kunth. — Kunth l. c. 96. — Willd. herb. n. 1316. — *C. Manimae* Humb. et Kunth. —

Kunth l. s. c. — *C. inaequalis* Willd. herb. n. 1392. — *C. triceps* N. ab E. herb. — *C. asperrimus* Liebm. l. c. 30 c. var. *β.* ej. (v. s.). — Aschenb. hb. no. 121 et 123. — Schiede pl. n. 877. — C. Hoffmann coll. n. 343.

Mexico, Costarica.

δ. Filiformis; culmo elongato subfiliformi, bipedali; foliis angustissimis circinatis; inflorescentia 2 — 1-radiata, radiis bractea setacea munitis; spiculis angustis brevibusque 6 — 10-floris. — *C. dissitiflorus* Hort. Vratisl. et Neesii herb. — Fortasse forma modo hortensis.

198. **C. amuricus** Maxim.

Viridis. Radice fibrosa tenerrima; culmis pluribus gracilibus 8 — 5 *poll. longis* triangularibus basi *haud incrassata* pauci- v. plurifoliatis; foliis herbaceis culmo brevioribus (5 — 2-pollic.) acuminatis planis 1 — $^1/_2$ lin. latis carinulatis sursum margine spinuloso-scabris; vaginis laxis brevibus membranaceis pallidis; involucro triphyllo umbella 5 — 7-radiata longiore, phyllis erecto-patulis, longioribus 2 — 5-pollic.; umbellae radiis subsetaceis erectis valde inaequalibus, interioribus fere sessilibus, exterioribus $^1/_2$ — 2 poll. longis, his apice pauciramosis; ramo apicali polystachyo, lateralibus brevissimis patentissimis reflexisve 5 — 2-stachyis; spiculis in spicam brevem ($^1/_2$ — $^3/_4$ poll. alt.) rotundato-obtusam laxe confertis patentibus patentissimisque angustis linearibus acutiusculis, serius subtumidis, 4 — 3 lin. long., circ. $^3/_4$ lin. lat., 9 — 14-floris; squamis parvis chartaceis remotis alternis dein distinctis *orbiculato-subcuneiformibus* apice *truncato-repandis* obsoleteque excisis e carina acuta viridi mucronatis, mucrone *longiusculo recurvato-patulo,* dorso 7-nerviis, rufo-fuscescentibus nitidulis; caryopsi squamam fere aequante oblongo-obovata triquetra acutangula breviter apicata punctulato-

scabrida purpureo-fusca nitidula; filamentis *brevibus angustisque;* stylo *brevissimo*, stigmatibus *haud exsertis*; rhacheolae flexuosae alis *chartaceo-membranaceis* angustis lutescentibus.

C. amuricus Maximow. in herb. Berol.

Amur.

199. **C. Sieberi** Kunth.

Laete virens. Radice fibrosa; culmo 1—½-pedali rigido triangulari sursum angulis scabro v. laevi, basi incrassata plurifoliato; foliis densis culmo brevioribus v. paulo longioribus *rigidis* longe acuminatis planis 2 lin. lat. margine carinaque scaberrimis; umbella 5—7-radiata, radiis 1½—½-pollic. *subindivisis* monocephalis; involucro subpentaphyllo, phyllis inferioribus radios duplo superantibus; capitulis *subrotundis* semipollicem vix latis basi subramosis, polystachyis; spiculis congestis patentissimis sublanceolato-oblongis compressiusculis 3 lin. long. supra lineam latis 6—10-floris; squamis *subcoriaceis* parum remotis patulis ellipticis infra apicem obtusum minute mucronatis 7—9-striolatis luteo-fuscescentibus nitidulis; caryopsi squama parum breviore subobovato-oblonga triangulari apice obtusissima apiculata punctulata luteo-fuscescente; stylo brevi sed exserto ad medium trifido.

C. Sieberi Kunth l. c. 96. — Sieb. herb. Nov. Holl. n. 630.

Nova Holland.

200. **C. filiculmis** Vahl.

Glauco-virens. Culmis pluribus tenuibus 5—15 poll. long. erectis rigidulis triangularibus, angulis m. m. obtusis, e basi infima tuberosa radiculas copiosas tuberaque emittentibus, basin versus plurifoliatis; foliis confertis culmo plerum-

que brevioribus subrecurvato-patulis $^1/_2$ — 1 lin. lat. carinato-subcomplicatis, marginibus spinulosis; umbella simplici 2 — 5-radiata, non raro ad capitulum unicum sessile redacta, radiis exterioribus erecto-patulis 1 — 2-, raro ad 3-pollicar.; involucro 3 — 4-phyllo, phyllis patentissimis deflexisve, longioribus 2 — 4 poll. long.; capitulis simplicibus subglobosis polystachyis 5 — 10 lin. crassis; spiculis congestis disco depresso insidentibus lineari- v. oblongo-lanceolatis paulo compressis 6 — 10-, raro ad 14-floris, 3 — 4 — 6 lin. long., fructiferis sesquilineam latis; squamis coriaceo-chartaceis remotis dein distinctis ovato-ellipticis marginibus subinvolutis, muticis v. raro infra apicem obtusum brevissime mucronatis, superne carinatis, marginibus scariosis, 9 — 11-striolatis, lateribus sordide stramineis ferrugineo-lineolatis v. lutescentibus, nitidulis; caryopsi squama parum breviore oblongo-subellipsoidea triquetra apiculata, lateribus concavis, granulato-punctulata fusca; stylo subtilissimo pallido valde elongato; rhacheola hyalino-marginata.

C. filiculmis Vahl l. c. 328. — Kunth, 95. — Torrey l. c. 267. — *C. mariscoides* Ell. (fide Torrey). — *C. Kyllingiaeoides* Pursh Fl. 1. p. 50. excl. synon. — Drummond. herb. no. 428.

β. Grayii. Culmis plerumque parum brevioribus angulis obtusioribus; umbella non raro pluri-(ad decem-)radiata spiculisque paucioribus minus dense aggregatis.

C. Grayii Torr. l. c. — A. Gray Man. 494. — *C. mariscoides*, var. *setifolius* Torr. olim.

America septentr.

201. C. sphaerolepis Boeklr.

Viridulus. Culmo tenui erecto 15 — 7 poll. alto triangulari, angulis obtusis v. acutiusculis, e basi infima parum

tuberoso-incrassata fibrillas paucas capillares emittente, 5—2-foliato; foliis membranaceis 5—3 poll. long., $^1/_2$—1 lin. lat. planis acuminatis laevibus, floralibus tribus erectis 2—1-pollicar.; umbella subtriradiata, radio medio sessili subbiramoso, reliquis setaceis indivisis erectis brevibus, 3—9 lin. long.; spiculis 5—7 in radiorum apice confertis sed *evidenter alternis*, rectis exacte oblongis tumidulis 2—3 lin. long., 4—6—8-floris; squamis chartaceis nitidulis subremotis laxe imbricatis, tardius patulis, *orbiculatis* carinato-convexis infra apicem rotundatum subexcisum brevissime mucronatis, dorso pallide olivaceis *remoteque subseptemstriatis*, lateribus luteo-rufescentibus et ferrugineo-punctulatis *superne late haylino-marginatis;* caryopsi adhuc juvenili *lato-obovata* triquetra apice *obtusissima* fere truncata obsolete umbonata (granulata) lutescente; stylo exserto sed brevi et tenui pallido; filamentis subtilibus brevibusque; rhacheolae internodiis vix conspicue marginatis.

America boreal. (fide Hornemann.)

202. C. leucolepis Bcklr.

Laete virens. Radice fibrosa; culmo (subnutante) setaceo obtusangulo subtripollicari inferne foliorum vaginis angustis pollicem circ. longis pallide ferrugineis arcte vestito, ima basi tuberascente; foliis paucis (3) approximatis *culmo subduplo longioribus* curvatis vix semilineam latis setaceo-acuminatis planiusculis superne margine subtiliter spinulosis; spica solitaria composita subconica 8 lin. longa, basi 4 lin. lata ibique biramosa; ramis sessilibus subreflexis setaceo-bracteatis oligostachyis; bracteis universalibus binis deflexis elongatis, $1^1/_2$—$2^1/_2$ poll. long.; spica intermedia e spiculis 12—15 composita; spiculis alternis subconfertis parvis subovatis turgidulis (an semper?) 3—4-floris, inferioribus patentissimis reflexisve;

squamis laxe imbricatis apice patulis pellucido-submembranaceis *orbiculato-subellipticis* acutiusculis muticis v. obsolete mucronulatis carinato-navicularibus lateribus subsexstriolatis, *albidis* purpureo- v. sanguineo-variegatis, carina viridula tenuiter nervata; stylo exserto tenuissimo pallido *).

Coulter. herb. no. 1611 ex parte.

Mexico.

203. **C. obliquus** N. ab E.

Radice fibrosa; culmo 2—1-pedali triquetro compresso, angulis peracutis, versus basin 3—2-foliato; foliis alternis remotis culmo paulo brevioribus rigidulis planis v. complicatis $1\frac{1}{2}$ — 3 lin. latis superne margine spinuloso-ciliatis; foliis involucralibus 4—5 patentibus valde inaequalibus, exterioribus 2—3 elongatis, non raro $\frac{1}{2}$ — 1 ped. longis, intimis multo brevioribus perangustis setaceo-acuminatis; umbella composita pluriradiata, radiis erecto-patulis subsetaceis saepius pluriramosis, exterioribus 1—2 poll. long.; ramis patentibus subaequalibus, bracteis elongatis foliaceis subsetaceis fultis, polystachyis; spicarum rhachi hirsuta; spiculis *minimis* distichis *remotis* patentissimis lineari-oblongis obtusis subcompressis 2—$1\frac{1}{2}$ *lin. long.*, $\frac{1}{2}$ *lin. lat.*, 6 — 8-*floris* bractea *elongata* capillari munitis; squamis *obovato-oblongis obtusis* infra apicem subretusum minutissime mucronatis, quinquenerviis stramineo-fuscescentibus, marginibus pallidis.

C. obliquus N. ab E. herb. — Steud. Syn. p. 40. — *C. pennatus* Steud. (nec Lam.) in Zolling. Verzeichn. p. 62. — Zolling. pl. Javan. no. 457. — Wallich. herb. 3334 c.

Nepalia, Java.

---

*) Die ausgezeichnete Pflanze ist hier vielleicht nur in einer weniger entwickelten Form beschrieben.

Anomali.

204. C. distans L. fil.

Viridis v. raro glaucescens; culmo subsolitario 1 — 2-pedali et ultra robusto v. tenui, triquetro lateribus excavatis, versus basin saepius tuberoso-incrassatam foliato (raro rhizomate subelongato instructo); foliis culmo paulo brevioribus herbaceis v. rigidulis planis; involucro 4—8-phyllo, phyllis patentibus, inferioribus saepius valde elongatis, ad sesquipedem longis; involucellorum foliis 4 — 5 angustis umbellulis brevioribus; umbella decomposita v. raro composita aut supradecomposita (3 — 16 poll. alta) umbellulisque multiradiatis; radiis universalibus et partialibus patentissimis v. erectis, his umbellato- v. corymboso-ramosis; ochreis plerumque bicuspidatis; radiorum ramis capillaribus brevibus v. elongatis spiculisque inferioribus bractea capillari elongata munitis, saepius polystachyis; spiculis tenuissimis alternis approximatis v. distantibus erectis v. patentissimis filiformibus teretiusculis 6 — 3, raro 12 lin. longis, 16 — 8 — 30-floris; squamis m. m. remotis primo arcte imbricatis serius patulis oblongis convexis superne parum dilatatis apice membranaceo-marginatis rotundato-obtusis, dorso viridi obsolete 5 — 3-nerviis, lateribus fusco-purpurascentibus v. fuscis; caryopsi squama paulo, raro $^1/_3$ breviore lineari-oblonga triangulari apiculata reticulata brunneo-cinerascente; stylo brevi profunde diviso cum stigmatibus ferrugineo-punctulatis; rhacheola tenuissima flexuosa latiuscule alata.

C. distans L. fil. Vahl l. c. 362. Kunth, 93. Nees ab Esenb. Cyp. brasil. p. 40. — *C. elatus* Rottb. Gram. p. 37. t. X. Willd. herb. n. 1396. — *C. squamulatus* Steud. Syn. 49. Wallich. herb. 3366 b. c. Sieb. herb. Maurit. n. 13 et 18. Drègei coll. n. 4431, 4435. Zolling. pl. Javan. 460. Boivin. hb. 1011. Cuming. herb. Philipp. n. 444. — Variat in sterilioribus culmo abbreviato, 5 — 6-pollicari: *C. graminicolus* Steud. l. c. — Zolling. Verzeichn. p. 63. et herb. no. 459.

Sierra Leone, Fernando Po, Prom. bon. spei, Mauritius, Borbonia, Mayotta, India orient., Java, Ceylona, Borneo, Bankok, Ins. Philippin., Columbia, Ins. S. Thomas, Domingo, Brasilia.

(*Continuabitur.*)

Beitrag zur ostaustralischen Moosflor.

Von

Karl Müller Hal.

Es liegen mir zwei kleine Moossammlungen vor, die, beide von Frauenhand zusammengebracht, den noch wenig erforschten Gegenden der australischen Ostküste entstammen und sich gegenseitig kreuzen. Die eine, schon vor mehren Jahren nach Europa gesendet, wurde mir freundlichst von Hrn. Professor v. Leonhardi in Prag mitgetheilt. Die Sammlerin, Miss Helene Scott, ist eine von den naturwissenschaftlich gebildeten Damen der Scott'schen Familie, deren das Reisewerk der „Novara" so ehrend im 3. Bande gedenkt, eine der Töchter des Hrn. Scott, Besitzers von Ash-Island am Ausflusse des Hunter River. Die andere Sammlung, welche mir ebenso gütig von Hrn. Professor G. Reichenbach in Hamburg mitgetheilt wurde, entstammt den Gegenden am Brisbane River und ist von Frau Amalie Dietrich aus Siebenlehn im Erzgebirge veranstaltet worden. Beide Sammlungen enthalten Gemeinschaftliches und Eigenthümliches bei so viel innerer Verwandtschaft, dass sie sich füglich nicht von ein-

ander trennen lassen. Damit dies übersichtlicher hervortreten möge, werde ich zunächst ein Inhaltsverzeichniss beider Sammlungen, die Beschreibungen der neuen Arten aber für sich geben. Wo kein Vaterland besonders angegeben ist, meine ich nur Brisbane-Moose.

---

1. *Funaria sphaerocarpa* C. Müll.
2. *Ångströmia tricruris* n. sp.
3. — *Dietrichiae* n. sp.
4. *Leptotrichum Mülleri* Hpe.
5. *Mnium* (*Rhizogonium*) *Paramattense* Brisbane River und Ash-Island.
6. *Dawsonia longiseta* Hpe. Ebendaselbst.
7. *Leucobryum brachyphyllum* Hpe. var. humile omnibus partibus minus.
8. *Dicranum* (*Campylopus*) *introflexum* Hdw.
9. — — *pudicum* Hsch.
10. *Barbula subcalycina* n. sp.
11. *Macromitrium Archeri* Mitt.
12. — *Scottiae* n. sp. Ash-Island.
13. *Brachysteleum Mülleri* (Mitt.) C. Müll.
14. *Rhacopilum convolutaceum* C. Müll. Brisbane River und Ash-Island.
15. *Hypopterygium Scottiae* n. sp.
16. — *Mülleri* Hpe.
17. *Fabronia* (*Eufabronia*) *Scottiae* n. sp.
18. *Lasia australis* n. sp. Ash-Island.
19. *Esenbeckia cuspidata* Mitt.
20. *Pilotrichum* (*Pterobryum*) *nematosum* C. Müll. Bot. Zeitg. 1864. p. 373. Brisbane River und Ash-Island. Als ich diese Art beschrieb, weil sie durch die Menge ihrer axil-

laren confervenartigen Fäden höchst isolirt dastand, kannte ich noch keine Frucht. In einem zweiten Briefe sandte Miss Scott auch diese, und hierdurch bin ich zweifelhaft geworden, ob die seltsame Art nicht Hooker's *Neckera sulcata* sei. Wenn der Autor die Fäden beschrieben und abgebildet hätte, die kaum von Jemand übersehen werden können, der auch nur flüchtig untersucht, so würde Alles auf seine Art passen. Ich lasse sie darum vorläufig unter obigem Namen stehen, bis ich eines Sicheren belehrt werde. Trotzdem bleiben mir auch so noch Zweifel über die rechte Stellung im Systeme, seitdem ich die Früchte kennen lernte. Sie würde allerdings ihre rechte Stellung bei Pterobryum haben, wenn sich die calyptra als mitraeformis ergeben sollte. Auch die Exemplare vom Brisbane River waren beide nur steril gesammelt.

21. *Neckera* (*Papillaria*) *Kermadecensis* C. Müll. Bot. Zeitg. 1857. p. 779. — *Trachypus Hornschuchii* Mitt. Proceed. of Linn. Soc. Bot. 1860. p. 90. — *Meteorium cuspidiferum* Tayl. in Fl. Nov. Zeland. II. p. 101. — *Pilotrichum nigrescens* Hsch. in Sieber. Coll. Plant. Nov. Holl. no. 14 et Synops. Muscor. II. p. 135. — Diese, wie es scheint, in Ostaustralien und auf den östlichen Inseln weitverbreitete Art wurde von Frau Dietrich sowohl, als auch von Miss Scott, von dieser vermischt mit der folgenden gesammelt, und scheint bis nach Tasmanien zu gehen.

22. *Neckera* (*Papillaria*) *Scottiae* n. sp. Brisbane River, steril; Ash-Island, fertil.

23. *Hypnum* (*Tamariscella*) *suberectum* Hpe.

24. — (*Iltecebrina*) *chlamydophyllum* Wils. Ash-Island.

25. — — *chlorocladum* n. sp., vermischt mit

26. — (*Rigodium*) *Schlosseri* Sendtn.

27. *Hypnum* (*Cupressina*) *umbilicatum* n. sp. Brisbane River und Ash-Island; steril vom letzten Orte.

28. — (*Taxicaulis*) *candidum* n. sp.

Als Anhang zu dieser kleinen Sammlung füge ich die Diagnosen von zwei neuen Arten der Gattung Trichostomum bei, da mir einmal die Gelegenheit gegeben ist, über australische Moose zu schreiben.

---

1. *Ångströmia* (*Diobelon*) *tricruris* n. sp.; dioica; cespites breviusculi densi e brunneo laete virides; caulis erectus vel assurgens gracilis foliis elongatis falcato-secundis fusco-viridis, innovationibus teneris laete viridibus patentifoliis parce divisus; folia caulina lurida apicem versus sensim majora, e basi plus minus elongata vaginante late oblonga flavida laxe reticulata sed pachydermi subito in subulam falcatam flexuosam canaliculatam nervo omnino fere occupatam integerrimam acuminatam obtusiusculam dense areolatam protracta, ramulina amoene chlorophyllosa tenuius nervosa, igitur lamina latiore laxe reticulata, obtusiora, ad acumen obtusatum denticulata; perich. multo majora caeterum caulinis simillima; theca in ped. brevi spiraliter torto laevi brunnescente erecta ovalis parva octies plicata brunnescens exstrumosa, operculo oblique rostellato; perist. dentes lanceolato-subulati erecti, dense trabeculati in crura 2 — 3 irregulariter fissi, striatuli laeves.

Patria. Brisbane River.

Ad *Tridontium* foliis obtusis dentibusque pro more trifidis accedens. Annulus thecae adesse videtur. Ex affinitate *Å. Hookeri*, *vaginatae* etc. A *Dicrano Tasmanico* Hook. fil., ut e descriptione videtur, affini, foliis subulatis, haud lanceolato-

oblongis, falcatis secundis, capsula parva aliisque notis diversa.

2. *Ångströmia* (*Dicranella*) *Dietrichiae* n. sp.; dioica; longiuscula pallide vel luride lutea laxe cespitosa; caulis gracilis simplex flexuosus; folia caulina falcato-secunda, inferiora minuta superiora sensim majora uncinata elongata, e basi vaginata longiuscula lutea infima parte aurea elongate reticulatâ subito in subulam canaliculatam flexuosam dense areolatam luteam apice denticulatam rigidam membranaceam producta; perich. majora supra basin distinctius sinuato-subulata; basi laxe reticulata; theca in ped. luteo glabro longiusculo erecta, e collo angusto subcalloso ovalis parva, operculo oblique rostrato tecta, lutea supramatura luride brunnea plicata; calyptra glabra. Caetera ignota.

Patria. Brisbane River.

Flos masculus in planta propria gracillima simplici terminalis et innovatione lateralis. Plantam juniorem et vetustam tantum observavi. *Å. strumulosae* Hpe. aliquantulum affinis, sed exstrumosa foliisque distincte uncinatis diversa, habitu magis ad *Leptotrichum Hornschuchii* accedens. Peristomium quidem non observavi, sed ex analogia, sin adsit, illud Ångströmiarum erit.

3. *Barbula subcalycina* n. sp.; dioica; *B. calycinae* similis, sed *multo humilior*, cespites breves densos obscure virides sistens *simplex* rarius in ramulos duos fertiles divisa; *folia caulina* densius imbricata tortilia *breviora angustiora teneriora*, e *basi* late vaginata *ubique aequaliter laxe et albide reticulatâ* subito lanceolata reflexa, nervo angustiore flavo canaliculato in mucronem brevissimum producto pungentia, minus papillosa itaque *diaphane areolata*, margine hic illic flexuosa convolutacea; *perich. in cylindrum*

